

BIBL. VITT. EMAN. NAZ.
149
K
34
NAPOLI

G 51.

[Qu]esto libro mi fu regalato dal Cardinal
[Bor]gia nell'anno 1804 quando fui in
Roma nel mese d'aprile di quell'anno, e gli
feci la prima visita. Questo P. Fabricy
fu mio amico, ed era morto nel 1804; onde
l'opera restò imperfetta.

P. Francesco Colangelo. dell'Oratorio

Napoli 25. Luglio 1805.

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
149
K
34



DE IOHANNIS HYRCANI HASMONAEI
IUDEORUM SUMMI PONTIFICIS
HEBRAEO-SAMARITICO NUMO
BORGIANI MUSEI VELITRIS PLANE ANECDOTO
PHOENICUM LITTERATURA
CUIUS FONTES PRIMUM INQUIRUNTUR
ILLUSTRANDO COMMENTARIUS.

PARS PRIMA
DE PHOENICIAE LITTERATURAE FONTIBUS.





CAPUT I.

Quibus potissimum doctrinis nostra instituenda tractatio videatur.

Quum utraque litteratura & Phoenicia & Hebraeo-Samaritica, STEPHANE BORGIA, Cardinalis amplissime, quibus vinculis invicem connectatur, animo collegissem; illius vero ope atque praesidio, quemadmodum in PROLOGO declaravi, IOHANNIS HYRCANI egregium numum tuum illustrare,

quantum quidem in me fuit, aggressus essem; tota mea tractatio ut distincte distributeque procederet, illud statim mecum ipse constitui, nonnulla prius esse animadvertenda, quam ad illa Φοινικῶς inscripta, a doctissimis autem viris in lucem prolata monumenta, quae litteraturae Phoeniciae fontes, in quibus investigandis omnis nostra versari potissimum debet industria, nobis commonstrant aperiuntque, descenderem evolvenda. Quamobrem exponendum initio esse duxi quid in eo tractando arduo sane atque obscuro argumento cavere primùm oporteret, ut hoc studii genus paullo felicius, mea quidem sententia, institueretur; deinde quae eruditis Antiquariis, qui hanc Spartam ornandam atque augendam universim suscepere, laus esset tribuenda; quibus praeterea subsidiis in hac ipsa Commentatione nostra praesertim utendum videretur; tum etiam quantum Hebraeo-Samaritica litteratura cum ipsa Phoenicia, maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis conjuncta, ad hanc conferat assequendam; quisve demum Hebraeo-Samariticis numis inscriptus sit sermo, & huius cum Phoenicia dialecto, de cujus natura disseritur atque indole, coniunctio. Laborandum igitur ea in re vel maxime fuisse intellexi, ne singulas hasce doctrinas προδρόμας, quae ad ejusdem Phoeniciae litteraturae dignoscendos fontes, qui & ipsi ex Samaritica manarunt veterum Hebraeo-

rum, viam nobis pararent munirentque, tacitus praetermisisse ipse quidem viderer. Haec autem toto hoc capite primo persecutus ego sum, ratus explesse me quod cogitatione informaram; nimirum, hisce doctrinis ante expositis, aliquid me argumento nostro, per se obscurissimo, saltem aspersurum luminis, quo ad illud ingrediendum commodius accederem.

§. I.

Quid in eo difficillimo studio paullo felicius instituendo, nobis esse praecavendum videatur.

Atque ego quidem hanc in Phoeniciam litteraturam impeditam sane, cum mentis aciem intendo; atque illa, quae ad eandem spectant, inscripta monumenta cogitatione pertracto; quantum in hocce studii genere sit difficultatis facile arbitror iudicatu. Quum namque in eodem tractando argumento aliquos, etsi eruditissimos viros, qui nostro praesertim saeculo multum studium multamque operam in has litteras evolvendas ac illustrandas contulere, plus semel peccasse intelligam; quod profecto nemini mirum videri aut novum debeat, cui veterum horum monumentorum exoticorum pertractatio bene comperta sit ac explorata; re ego tentata, illorum

erratis eo facilius, lubentiusque ignoscendum putarim, quo magis eandem culpam extimescerem. De numis quidem Phoenicio descriptis sermone, ut alia, quae esse ad manus possunt, lapidibus inscripta huiusmodi monumenta, nunc reliqua faciam, quid dicam? Et sane, qui ad eiusmodi numos peregrino, ut ita loquar, insolentique habitu, eoque vario, iam ab remotissima usque aetate perpetuo incedentes, vel plane integros, (quod haud saepe accidit) vel aliqua, sive adversa, sive aversa facie deficientes, vel versiculorum suorum partibus plus minusve nonnumquam exesos, vel aliquot in epigraphe litteris suis, neque raro hinc inde mutilos, vel denique penitus detritos, explicandos illustrandosque conferunt sese; eorum naturam atque indolem, & quidem veteribus, quae supersunt, monumentis, quibuscum necessitudine aliqua aut cognatione coniunctissima sint, nullatenus posthabitis, attente considerateque lynceisque vere oculis intueantur, necesse omnino est. Id autem sibi negotii in iis elucidandis numis si non credant potissimum dari, quid assequi se sperant posse nequaquam video. Putant ne unquam fore, ut suis interpretationibus ullam sibi constituant fidem atque auctoritatem inter viros doctos in ea re numismatica perfectos? Atqui hoc tanti eiusmodi est, ut qui sese ad hosce exoticos numos explanandos accingunt, non suis modo explora-

re oculis debeant eosque, quo maiori fieri potest numero, sed & ex eorum perdiligenti observatione quid de iisdem revera sit statuendum, summa animi attentione considerare. Contra, qui fucato studio praecipitique iudicio de iis definire contendunt, in eaque sic versantur disciplina, ut in numariae huius rei exoticae adyta ne vix quidem penetrarint; vere mihi videor hoc esse dicturus, eorum quosque tum in describendis, tum in exponendis hisce vetustis monumentis & opera abuti & otio nihilque esse facturos, quod eis bene unquam cedat. Quandoquidem in eam ipsam Palaeographiam totiusque huius studii disputationem pene intimam non satis pervenerunt; varia iccirco inter se maxime pugnantia vitia perpetuo currunt, a quibus sibi cavere vix, declinare autem omnino ne vix quidem possunt.

Principio id sumunt ad explicandum quod vel in numo, vel quovis alio monumento haud unquam fuit. Multa deinde congerunt, sed contra atque metallorum lapidumque fides postulet ipsaque poscat huiusce Palaeographiae ratio; tumque suas praeclare partes absolvisse rentur, in quibus quidem ingenii lumen eluceat & eruditionis, in quibus vero rei signa ne minima insunt atque vestigia. Haud pauca denique suis magis corrumpunt pervertuntque explicationibus; dum emendare conantur quod nulla correctione indigeat. Suis praeterea ita interdum confi-

dunt coniecturis, ut nihil unquam magis; eoque magis, quod ab doctioribus viris, meliora certe optimaque monumentorum ipsorum ope docentibus, aut vix, aut nullo modo se vinci patiuntur. Quod sane ex non paucis, quae ab eruditissimis antiquitatis studiosis viris sunt proposita exemplis plane perspicitur. Illudque demonstrare pluribus possem, nisi ad quem scribo cernerem. Sed ab exemplis contineo me, a summis viris, Vaillantio, Spanhemio, Barthelemyo, Swintono, Pellerinio, Perezio-Bayerio, (quantis eruditis hominibus!) ut ceteros bene multos tacitus praeteream, in medium prolatis. De illis autem similibus erratis, si plura nunc proferam, Tibi, Borgia Cardinalis amplissime, vereor ne ineptus videar.

Scis equidem tute, omnium optime, quam in multorum huiusmodi numismatum exercitatione Samaritico-Phoeniciorum, ut de caeteris classes alias constituentibus, uti Graecis, uti Latinis, (quoniam non id agitur hoc tempore) taceam, errantem & vagam habuere sententiam viri de re numaria alias bene meriti. Atqui pleni sunt libri contra hosce errores disserentium Antiquariorum. Quorum quidem errorum caussas magis arbitratus sum, quam eorum auctores, quaeri oportere. Quamquam id propositum est huic tractationi, in illos etiam ut inquiram. Sed de his auctoribus post videro, quos tamen non sine honoris caussa semper nominabo.

§. II.

Quid laudis in hoc studii nostri genere Antiquariis tribuendum.

Atque illud, cum in eam nostram de doctorum hominum erratis sententiam superiori paragrapho ipse dixi, non ego eo attuli, quo quae a viris gravissimis ac peritis in ratione nostrorum exoticorum, cum numismatum, tum monumentorum animadversa sunt atque notata, mihi nullatenus probari quisquam existimet iisque eruditis hominibus, tametsi hac in re aliquando peccarint, suam denegare me laudem velim. Id ego si secus dicerem, esset, Stephane Borgia Cardinalis, quod mihi non immerito succenseres meamque castigares imprudentiam. At numquam committam, ut in me tam levi tamque inani criminatione quis utatur; a qua sane purgare me, si opus esset, possem facillime. Quasi vero clarorum virorum aut tacitos errores esse relinquendos oporteat, aut sine ulla contentione ac veluti caeco impetu eorum coniecturas etiam levissimas amplectendas. Quis hoc unquam concedat, nisi qui de rebus incognitis iudicat & ad quamcumque disciplinam quasi tempestate delatus, ad eam tanquam ad saxum adhaerescit? Ego vero gloriam non modo non minui, sed etiam au-

geri arbitror eorum, quorum ingenii monumentis hanc laudem adiungo, quod quam multis ea praeclarissima eiusmodi numismatum antiquorum scientia involuta sit difficultatibus, ita agnoverunt, ut non sine caussa & sese interdum peccasse non dissimularint, & invenire se posse quod cuperent saepe diffisi sint. Quare non morarer quae hoc genus reprehensorum opponeret, quibus praeterea ad manum haberem quae responderem.

Neque velim certe doctis Antiquariis quicquam detrahi neque eorum, quos facio, ut debeo, plurimi, gloriae invidere; de quorum sane in haec studia meritis multa colligi possent, &, ut occasio feret, nonnulla suo loco lubens proferam. Huius namque disciplinae numismatico-exoticae primordia atque incrementa ab renatarum litterarum temporibus si repetamus; quotus quisque, qui primis, ut aiunt, labris gustaverit quod ea de re proditum memoriae est, aliqua saltem laude non eos ornet, qui vetustissima eius generis monumenta omnium primi vel indicavere, vel collegere, vel suis illustranda suscepere commentariis. Tametsi, & illud certe confitendum est, idque altero, quod sequetur ostendam capite, prima illa initia, ac veluti huius scientiae semina nihil, non ipse dicam, nisi inane, sed nihil nisi siccum nihilque nisi mediocre protulisse; ut praeteream multa minus vere dicta fuisse minusque castigate.

Digitized by Google

Si quis autem eorum, quos post commemorabo, Antiquariorum, in eo disputationis nostrae argumento investigando aliquid humani passos esse deprehenderim; quid tandem vetat, quo minus id efferam? Dicam igitur, quoniam institui. Sed moderabor ipse me in tantorum virorum erratis notandis plus, quam in ipsorum aut tuenda, aut etiam augenda fama atque existimatione studium ponere videar. Passi ergo, ut aiebam, quicquam humani fuerint: sit ita. Laudes tamen & grates iis debemus & quidem maximas, quod viam ante parum tritam, difficultatibus multis scatentem, nobis tandem eam aperuere, quam nostra hacce aetate securius tutiusque ingrediamur. Quamquam, cum haec trado litteris, in isto tractando argumento, haud pauca perdifficilia obversantur animo, quae vereor quam maxime, ut non perinde aperta declarari ac dilucida interpretatione possint, atque ego ipse cogitans sentio.

§. III.

Quae praesertim subsidia huic studio nostro paranda videantur.

Ac mihi quidem in doctissimos viros, harum litterarum facile principes, intuenti, quorum ego multorum de re numismatica antiqua exotica

libros pervolutavi, quaerendum esse visum principio fuit quid esset, cur in ea exercitatione non semel peccassent. Ante enim quam de numo IOHANNIS HYRCANI sententiam qualemcumque meam ferrem, haec altera instituta ratio eo magis placuit, quod errorum illorum caussis iam cognitis, faciliorem tutioremque ad nostram Samaritico-Phoeniciam litteraturam indagandam, viam mihi parari intelligerem. Sed utar paucis; illudque sic brevibus, ut potero, & generatim persequar, ne longius quam sit necesse, nostra excurrat tractatio.

Iam vero illud equidem video, nequaquam satis esse inscripta metalla ipsa, quae incorrupta sunt atque fidissima antiquitatis monumenta, inspicere; nisi illa ipsa, inquam, numorum archetypa diu noctuque versemus manibus; quorum assidua tractatione nobis ad Palaeographiae huius exoticae aditum comparemus. Accedit, quod, nisi quae temporum iniuria, vel deturpata, vel abrasa in illis sint, uno recto iudicio ea, ut par est, supplere quam maxime studeamus; verendum est profecto, ne in monumentis, vetustate sic detritis, interpretandis nostra longe aliter fiat explanatio, ac ipsa eorum epigraphe revera postulat. Quamobrem in iis explicandis illa nobis paremus subsidia oportet, quae peti ex aliorum eiusdem rationis inscriptis monumentis possunt, quorum integritas satis

perspecta est atque explorata. Secus si faciamus & anticipatis opinionibus, ut superius admonebam, ac levi tantum coniectura freti, ad huiusmodi interpretanda monumenta accedamus; inanis omnis noster erit labor, & stultam in iisdem exponendis monumentis operam locabimus vanamque industriam. Nostra siquidem sic instituta interpretatio aut nulla erit, aut sapientum, qui hisce studiis litterisque dediti sunt, irrisione ludetur. Tanti interest, prius quam eadem monumenta inscripta aggrediamur eruenda, ut iis instructi subsidiis simus, de quibus dixi.

Quoniam vero huius artis studium reconditis abditisque e fontibus hauritur, in Palaeographiam ipsam litterarum, videlicet, formas multiplices earumque varia lineamenta, quibus eius generis & numi & lapides pro temporum & locorum diversitate inscribantur, prorsus descendamus est necesse. Quod sane ad huius studii felicius instituendi rationem potissimum pertinere arbitror. Quamquam & illud ut plane pleneque consequamur, vereor an spe semper praesumere liceat. Quid si ne id quidem adhuc satis esse explorate cognitum videatur? Sunt autem doctissimi viri, quod ex hac nostra satis apparebit tractatione, qui quantis Palaeographia Phoenicia in haud paucis numismatibus, illis praesertim Afro-Punicis, immo & illa ipsa Hebraeo-Samaritica in uno ipsius Simonis Hasmonaei, Iu-

daeorum principis, aetate procuso numo (1), pressa difficultatibus sit atque impedita, iure

(1) Quum eodem de numo, quem Viri Cl. Abbatis Henrici Sanclementii singulari, qua est, humanitate, prae manibus habere forte fortunâ mihi obtigit, longe opportuniorem alibi futurum disserendi locum, ubi nimirum ad eius generis Samaritica inscripta metalla evolvenda nos conferemus, ipse intelligam; ad doctos igitur viros, qui illum in lucem protulerunt deque eo potissimum commentati sunt, remittere nunc satis esse existimo. Ex quorum eruditorum de Palaeographica numi ratione sententia varia, quantum in illa eruenda sit & obscuritatis & difficultatis, palam fiet. Quamobrem adisis Iohannem Harduinum, qui primus ex Claudii Gros de Boze Cimelio numum evulgavit, interpretandumque sibi sumpsit in notis ad *Plinii Histor. Natur.* lib. VII. edit. Paris. 1723. Tom. I. p. 432.—434. & extremo Tomo III. Tabul. VII. numorum n. 8.; tum in *expositione de duobus numis Samaritanis*, Blas. Ugolini *Thesaur. Antiquit. Sacr.* Tom. XXVIII. col. 1065. seqq. = Stephanum Souciet, *Dissertation sur les médailles Hébraïques*, eiusd. Dissertatt. Criticarum Gallice editarum Sylloges pag. 47. seqq., ubi alterius apud D. Foucault a se visi archetypi epigraphen exhibet, quam explicandam suscipit. = Iohan. Baptistae Bianconi, *De antiquis litteris Hebraeorum & Graecorum* libellum, edit. 2. Boboniens. 1763. pag. 65. seq. & Tabulam Alphabeti n. 2. Cuius sane numi adversa epigraphe ignotis, sive arcanis, quos dicunt, delineata characteribus, Hebraeos a sinistra ad dextram quondam scripsisse Cl. Vir minus recte contendit. Quam singularem opinionem *Diatribes* nostrae *de Bibliographiae antiquariae & S. Critices aliquot capitibus*, §. IV. pag. 270. in extremo De-Rossi *Specimine*, & seorsim p. 46. not., tamquam παράδοξον iudicandam censui. Postremus autem om-

contestentur. Enim vero eorum multi, qui magno labore neque exigua industria hisce de litteris bene meruere, quantum id Palaeographiae genus negotii facessat, quotque scopulis sit plenum & syrtibus obiectum, quemadmodum paullo superius significabamus, ingenue & sua sponte professi sunt. Quod ego cum ipse reputo, vix mihi persuadeo esse ullum, huic deditum antiquitatis studio, aut vero unquam esse posse, qui contraniti velit; nedum in iis tractandis monumentis ei facile sit ab errore abesse, si ad illa, quorum meminimus, subsidia sibi paranda, statim non confugiat. Quibus sane destitutus illa numquam consequetur, quantum opinor, quae coniecturis assequuturum sese animo praesumat. Quod quidem si quis non reformidat, is supra mortales videt, aut nihil videt. Sed ad alia properemus, Stephane Borgia Cardinalis doctissime, quibus hac in re, ad expediendum & difficili & obscura, iuvari industria nostra videatur posse.

nium, dignus sane qui consulatur, Cl. Francisc. Perezius-Bayerius est, *De numis Hebraeo-Samaritanis*, cap. II. Tab. I. n. 4. & 5. pag. 65. & 90. seq., cap. vero VII. pag. 155. bina eiusdem numismatis, quae penes se habuisse testatur, archetypa, quorum lectionem atque interpretationem frustra fuisse ab eruditis tentatam ante dixerat, repraesentat, ac pagg. seqq. multis aggreditur illustranda. Confer eiusdem doctissimi Hispani egregias *Numorum Hebraeo-Samaritanorum Vindicias*, cap. IV. pag. 105. — 109.

§. IV.

Quantus ex Hebraeo-Samariticae litteraturae cum ipsa Phoenicia, intime illi coniuncta, collatione atque comparatione ad hoc nostrum iuvandum studium fructus capiatur.

Cui sane rei, de qua ante dicebamus, arduae ac difficili, aliquid opis industria nostra ut afferatur; ad illa vetera, quantum ego iudicare possum, inscripta deveniendum esset monumenta, quae cum Hebraeo-Samaritica litteratura, non dicam aliquam tantum, sed magnam revera habeant necessitudinem aut cognationem. Quare multo felicius Palaeographiae Phoeniciae fontes aperiemus, quos quidem ex illa etiam manasse exploratum arbitror. Enim vero Samaritici numi, quamvis veluti classem constituant peculiarem exoticorum monumentorum, uti Tyri & Sidonis, caeterorumque eiusdem generis Phoenicio-Punicorum; itâque dissimiles, ab iisque disiuncti prima specie sint, nihil ut habere inter se videantur coniunctionis & affinitatis; esse tamen illud commune ipsis, ut sive scripturae, sive sermonis rationem spectemus, uno eodemque vinculo & cognatione inter se contineantur. Esse id vero colligationis quoddam genus, quod par-

tem hanc nectat numismatographiae nostrae exoticae. Inde autem fieri, ut haec & illa monumenta, serie quadam proposita atque inter se collata, tantam sibi mutuo lucem afferant, ut evolvi commodius atque explicari minori negotio possint.

Nullam autem in tota numismatico-lapidaria disciplina tantam cognationem esse, nullamque tam arctam rerum societatem, quanta inter utramque litteraturam & Hebraeo-Samariticam & Phoeniciam re ipsa intercedat, si quis non animadvertit; vereor ne ad cespitem in eo litterarum genere pedem saepe impingat. Tanta & huius & illius litteraturae consensio est, quanta esse maxima in caeteris disciplinis potest. Haec igitur duo ita quodam modo esse copulata videre mihi videor, ut vicissim iuvare sese mutuoque deservire sibi qui dubitet, haud sane intelligo quem ex eo capere studio is fructum queat. Multa equidem neque exigua cogitatione, neque minori otio, undique legenda atque comparanda esse fateor. Sed quacumque tandem ratione, sive sermonem Hebraico-Samariticum & Phoenicium ipsum, sive varias litterarum formas earumque habitus, quibus huiusce modi monumenta descripta reperiuntur, consideremus; non pauca, ut videtur, habebimus, quibus rei nostrae opportunius consulamus. De litteris quidem loco suo dicetur & tempori. De sermone autem quid prohi-

bet, quod nonnulla heic primùm attingamus? Quamquam in plurimis illarum, quae nobis sunt exquirendae, rebus ea obscuritas est, & in iudiciis nostris infirmitas, ut decipi falsoque opinari proclive nobis sit; ad utramque tamen litteraturam, arctissimis sibi coniunctam vinculis, animo comprehendandam, si studium, laborem atque omnem diligentiam conferamus; ab ea disquisitione aliquid expromere nobis licebit, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat. Sed agedum, ad illud, quod est de sermone in Hebraeo-Samariticis numis descripto, veniamus.

§. V.

Quis Hebraeo-Samariticis numis inscribatur sermo.

Atque de sermone quidem, litteratis viris satis cognito, haec fere in mentem veniunt, quae comprehendam brevi. Qui in Numis, quos Samariticos vocant, describitur sermo, nihil nisi Hebraicum efferre, si vocem unam solam, de qua tamen disputatur, videlicet חרות *Hherùt*, Hebraeis veteribus, quemadmodum aliqui perperam volunt, plane ignotam, summum demas, adeo res est manifesta, ut nulla indigere demonstratione illa ipsa videatur. Qui autem ea voce חרות צ̃ד abutuntur, ut contra pugnent; ii meo

quidem iudicio, a vero multum aberrant. Quod peculiari, at perbrevi commentatione suo loco declarabo.

Haec vero non suspicans dico, sed habenda pro certis arbitror. Quae cum ita res sese habeat, mirari certe subit eruditos fuisse viros, hisce in studiis caetera quam maxime versatos, qui id quaestionis genus in controversiam vocarent. Est enim horum, qui numos nostros Samariticos idiomate Syro-Chaldaico, ut aiunt, exaratos contendunt, magno in errore sententia. At hos ego scriptores, etsi doctissimos, qui ita imprudenter statuunt, nihil moror. Probo autem documenta, quae contra tuto nitantur, & quorum vetustas sit explorata atque fides. Neque est necesse, ut ad eam, quam iure tueor, sententiam confirmandam demonstrandamque multis, quae adduci possent, disputem. Quod ego aptius me facturum arbitror, cum de Simonis Machabaei numis, annos I. II. III. referentibus, eaque voce חרות inscriptis, disputandi erit locus. Epigraphas vero ipsas Hebraicas numis iisdem Samariticis singulis inscriptas, quas, ut occasio dabitur, inferius proferemus, rem ipsam in tanta collocabunt luce, ut futuri si qui sunt, qui illud in controversiam rursum vocent; id profecto hominum erit non studio inveniendi veri, sed contendendi scribentium.

Summa illa sit; τὸ חרות *Hberùt*, de quo uno verbo inter eruditos esse contentio aliqua ut multum possit, ad sermonem primaevum, Hebraicum nempe, certissime spectare mihi vere affirmare posse videor. Illud autem non inani, non probabili tantum conjectura, sed veterum Interpretum in primis & dialectorum Orientalium auctoritate suo loco demonstraturum me spero.

Quum igitur nihil Hebraeo-Samariticis numismatis, nobis hactenus cognitis, inscriptum sit, quod ab etymologica Hebraicae linguae ratione paullo alienum deprehendatur; contra vero omnia Hebraicum priscum sermonem plene planeque sapiant; quid est reliqui, nisi ad ejusdem primaevi sermonis normam exacta ejusce generis monumenta diligenter fuisse, tandem concludamus. Nullum ergo his in numis est dicendi genus, quod dissimili oratione, Syriaca videlicet & Chaldaica sit factum, quodque Hebraico stilo non sit scriptum. Verum haec copiosiori disputatione in praesentia non egent. Ac de sermone quidem, quo Samaritici describuntur numi, satis dictum esto.

§. VI.

Quae Phoenicii sermonis, cujus natura investigatur atque indoles, cum Hebraico conjunctio sit; quave ad Syrorum quoque atque Chaldaeorum dicendi rationem affinitate accedat.

Sequitur autem, praestantissime Cardinalis Stephane Borgia, ut explicem, quamobrem superius dixerim sermonem inter Hebraicum & Phoenicium magnam intercedere affinitatem. Estque vero id non omnino difficile ad explicandum, si in monumentis Phoenicio-Punicis quis deprehendatur sermo, primum dilucide expediamus; tum quae hujusce idiomatis cum Haebraeorum lingua ejusque praeterea dialectis, Syriaca nempe atque Chaldaica, affinitas sit, studiose diligenterque disquiramus.

Atque in Phoenicio-Punicis universim sumptis, sive numismaticis, sive aliter formatis, aut signatis insculptisque monumentis quem observamus sermonem, vel Hebraicum purum putum redolere, vel ad eum prope accedere, tam notum esse arbitror, quam quod maxime. De qua sane re tot exsistunt praeclara atque perspicua testimonia, quot fere sunt eruditi viri, qui de iisdem monumentis ediderint li-

bros, vel ea typis aliqua saltem cum cura atque diligentia evulgaret. Exemplis ipsis, quibus res demonstretur, ut nunc utar, non est opus; quum mihi etiam id onus incumbat, ut aliquot paullo post proferam. Interim id unum pro certo teneamus, tum ex numis ipsis Phoenicio-Punicis, hactenus in lucem prolatis (1) tum ex inscriptis aliquot lapidibus, uti Melitensi, Carpentoractensi & Citiaeis; ex iis, inquam, eorumque similibus monumentis quanta cum Hebraeo-Samaritico sermone Phoenicii idiomatis conjunctio sit, haud obscure intelligi.

Quod si ἰδιοτισμοῖς suis, sive peculiari varioque dicendi genere, quo voces dissimili quodam modo vel inflectuntur, vel ἐμφατικῶς, ut loquuntur Grammatici, cadunt desinuntque, Phoenicius sermo ab Hebraico declinare iisdem in monumentis interdum videatur; ad ipsos tamen Hebraicos fontes, cum Syriasmi, tum Chaldaismi ope atque praesidio reduci existimo posse (2).

(1) Quorum numorum Συλλογὰς ab Antiquariis confectas secundo recensebimus capite.

(2) Quantum Syriaci sermonis usu in primis ad Phoeniciam istam litteraturam interpretandam accedat luminis, quae doctissimi viri, de quorum praeclaris hanc in rem conatibus capite hujus commentationis nostrae secundo erit disserendi locus, apertissime declarant. Cujus sane rei demonstrandae, quamquam succurrunt perplura, fidem faciet una aut altera Phoenicia epigraphe inferius proferenda. Interim audia-

Prout vero ex illis ipsis, quae aetatem tulere, inscriptis ejus generis monumentis nobis judi-

mus velim Cl. Virum magnae utique hoc in genere litterarum tam apud Gallos nostros, quam apud exteros eruditos meritae ac debitae existimationis, Johannem dico Jacob.Barthelemy, jam affecta aetate,eo ipso,quo haec litteris trado, anno 1795. vita functum, eodem de argumento sic scribentem „ Depuisque les monu-„ mens se sont multipliés, nous connoissons mieux „ la nature de la langue Phénicienne, & nous savons „ qu'elle différoit peu de la Syriaque. L'une & l'autre „ doivent étre regardées comme des dialectes d'une „ langue générale, répandue autrefois dans l' Orient „ & en Afrique, & qui suivant la diversité des pays „ a pris le nom de *Phénicienne*, de *Punique*, de *Sy-„ riaque*, de *Chaldéenne*, de *Palmyrénienne*, d' *Hé-„ braïque*, d' *Arabe* & d' *Ethiopienne*. Elle s'est par-„ tout modifiée; mais elle a toujours conservé à peu „ près le même génie & les mêmes racines. Avoit-„ elle assès d' affinité avec celle des Egyptiens, pour „ qu' on doive trouver une partie de ses dépouilles „ dans l'écriture des Chinois? C' est une question que „ je vais tâcher d' éclaircir. „ Haec ille in suis *Réflexions générales sur les rapports des langues Egyptienne, Phénicienne & Grecque*. Monumentor. Acad.Reg. Inscriptt. Gallice editorum Tom. XXXII. pag. 221.

Atqui quae convenientia fuerit Phoeniciae dialecti cum veteri Aegyptiaca, quatenus ex Copticis monumentis ejus reliquiae certissime nobis innotescunt, aliquot ex hac & illa desumptis vocabulis ibidem p.222. & seqq. Cl. scriptor illustrat. Ex quo consensu, at suis, uti existimo, circumscribendo limitibus, illud manifeste efficitur, opinionem Cl.Comitis De Caylus, *Recueil d'Antiquités Egyptiennes, Etrusques, Grecques & Romaines*, Tom. I. pag. 75. Aegyptiacum sermo-

care licet, verborum quasi structuram & compositionem ad utriusque Syrae & Chaldaicae dia-

---

nem a Phoenicio οὐσιωδῶς (*essentiellement*) discrepasse ajentis, a vero prorsus abesse. Quo in errore alios doctos viros versari intelligo. Sed aliter res se se habere egregie commonstrat Cl. De Guignes, *Mémoire historique sur les langues orientales*, part. II., eorumdem Monumentor. Tom. XXXVI. pag.144. seqq. Quem hac in re Cl. Barthelemyo plane consentientem & Coptorum linguam in se se eandem atque priscam Aegyptiacam adserentem video. Neque aliter sentit doctissimus Abbas Thomas Valperga a Calvisio in suo *Didymi Taurinensis literaturae Copticae rudimento*, Parmae edito 1783. part.I. pag.43. Cui Cl. viro merito videtur veterem Niliacam linguam suapte natura similiorem fuisse Hebraicae atque affinium, quam Graecae ac nostrarum. Quod pag.69. & 71. *Additamenti grammatici* part.II. exemplis quoque comprobare aggreditur. Ubi vero in Copto-Aegyptiacae naturam ac ingenium inquirit, hujus a Graeca atque ab Hebraea nativam disjunctionem ibidem exponit. Cum hisce linguis esse veteri Niliacae quidquam commune agnoscit quidem eruditus vir; sed hanc discrepare & procul abscedere ab utroque Graeco & Hebraico idiomate, perinde ferme atque haec dissident inter se; illam vero habere Graecas dictiones magno numero, sed adscititias, nec plerasque necessarias, quum suppetant Aegyptia vocabula ac nullo significationis discrimine veniant, jure ipse contendit. Qua de re adisis quae in *Critica Sacra*, cap.X. §.10. pag.431. seqq. jam disputarant Augustus Pfeifferus & alii apud Hieremiam a Bennettis, *Chronologiae & Criticae Histor. prolegomen.* I. §. LVII. pag.120. seqq. Vid. & Johan. Bernard. de-Rossi, *Della lingua propria di Cristo*, dissert. I. §.XXV. pag.40. seqq.

Atque ego quum in eo de affinitate inter Phoeni-

ecti Phoenices ipsos, sed temporum ac locorum habita ratione, etiam figurasse atque expressisse

cian, sive Hebraicam & Aegyptiacam linguam argumento sim, culpa utique non vacarem, si quae de illa conjunctione adnotavit, Cl. vir alter, Copticae litteraturae restitutor & longe omnium, qui eam tractarint, doctrina facile princeps, summe reverendus Antonius Georgius, Augustinianae familiae decus, §.v. suae *Praefationis* ad *fragmentum Evangelii S. Johannis, Graeco-Copto-Thebaicum Musei Borgiani*, p. XLII. seq. silentio praeterirem. Omisso igitur cum Didymo Taurinensi de *primigenia* ac remotissima utriusque linguae affinitate disputatione, in ejus Cl. Georgius it sententiam dicentis *pauca modo superesse vestigia conjunctionis alicujus quasi avitae in verbis non assumptis, sed ingenitis utrique linguae Israelis & Pharaonum. Notas vero Personarum suffingendas vocibus*, easque utrique genti communes, ita comparatas esse Cl. Georgius existimat, ut in iis certe lingua Aegyptiaca ingenium Hebraicae aemulari ipsi videatur. Nemo praeterea, eo judice, negare potest, quin plura Hebraicae linguae vocabula in Aegyptiacam irrepserint ex longa illa tam multorum annorum consuetudine, quam cum Aegyptiis Israelis filii duxerant. Quamquam in Misraimitarum ore ex vitio pronunciationis nativam veluti indolem amisisse videantur. Eadem de causa, subjungit ille, Paulus Ernest Jablonskius, *Epistol.* ad La-Crozium, *Thesauri Epistolici La-Croziani* pag. 183. scribit in Glossis Hebr. Codicis *multa sine dubio Aegyptiacae linguae . . . vestigia* latere ⲟⲩⲏⲃ in אוב *Python, Sacrificus*. Plura etiam ex his protulit in Grammatica (adhuc Msta) Guilielmus Bonjourius quaedam, nos etiam (pag. 298. 320. 336. 446.), Mingarellius (in Memphiticis fragmentis Nanianis) & alii. Haec

affirmare ausim. Tametsi antiquissimis aetatibus, quod post dicetur, Phoenices orationis

---

Clarissimus Georgius. Quae sane ut vera sunt, illud tamen animadvertere juvat veterem Aegyptiacam linguam ab ultimis temporibus atque insequentibus ab Phoenicii, sive Hebraici sermonis indole multo magis recessisse, quam ceteras populorum Orientis dialectos, quibuscum Phoenicium idioma majorem semper servavit affinitatem. Enim vero Patriarchae Jacobi aetate, Josephum illum, Pharaonis imperii sapientissimum ministrum, per interpretem fratres suos alloquentem videmus, quemadmodum habetur Genes. XLII. 23. Quid? si Aegyptiorum linguam, cum ipse Joseph in Aegyptum venisset, plane sibi eam ignotam ipsum audivisse memoriae proditum est, Psalm. Hebr. LXXXI. 6? Vox autem ipsa פרעה, *Paròoh*, sive *Pharao*, qua appellatione, uti sacris in nostris voluminibus legimus, Aegypti reges vulgo insigniebantur, quid cum Hebraea sive Phoenicia lingua commune habeat, non equidem intelligo.

Scio utique aliquos esse doctos viros, qui τὸ פרעה a Radice פרע, ex usu Chaldaico, *liberum, solutum esse* indicante, derivandum censeant. Quorum sententia Aegypti reges eo nomine nuncupati fuerint, quod liberi atque soluti essent legibus. At hic vocis sensus nimio longius petitus videtur, quam ut unquam admittatur. Ego vero Flavio Josepho, in Palaestina Aegypto proxima, nato atque sermonis Aegyptiaci, ut multa suadent, non ignaro, *τὸν φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους, βασιλέα σημαίνειν*, *Pharaonem apud Aegyptios regem significare* scribenti, *Antiquitt. Judaic.* lib. VIII. cap. VI. num. 2. oper. Tom. I. pag. 436. eo tutius assentiendum reor, quod in Copto-Aegyptiaca lingua, veteris Niliacae amplissimas atque copiosissimas complexa reliquias, hujusce nominis verum etymon non aliunde

genus longe aliter temperasse, quam ut Hebraicae linguae modus postularet ferretque ratio, vix patiar mihi persuaderi.

---

quam ex voce Coptica ⲟⲩⲣⲟ *Rex*, omnino sit depromenda. Et profecto eadem vox, si cum ejus pronomine possessivo ⲡⲁ πα, illi praefixo, ut linguae usus postulat & ratio, societur; ex ea fiet ⲡⲁⲟⲩⲣⲟ παȣρο, *Rex meus*. Aegyptiorum autem Copticam linguam priscae illius Aegyptiacae longe plurima sibi servasse vocabula, uno ore testantur omnes hisce litteris apprime eruditi, Paul. Ernestus Jablonskius in primis, *Praefation. in Pantheon Aegyptiorum* pag. 2. & in eod. opere passim & in Epistola ad Maturin. Veissiere La-Croze, *Thesaur. Epistol. La-Croziani* T. I. p. 178. Adisis Andr. Beyerum, in *additament.* ad Jo. *Seldeni de Diis Syris*, *Prolegom.* cap. II., Blas. Ugolini *Thesaur. Antiquitt. Sacr.* Tom. XXII. col. 240. seq., nequaquam discrepantem; ubi de ejusdem vocis origine disserens atque in ejus significationem, veteris sermonis Aegyptiaci praesidio inquirens, hujusque vim & sensum ex illo ipso apposite eruit. Priscos vero Aegyptios Pharaonis nomine reges suos reverentiae caussa sic appellasse, recte observat. Nihil ergo Flavius Josephus de hujus nominis vera origine scribere disertius potuit.

Quod autem ille idem lib. 1. *contra Apion.* n. 14. oper. Tom. II. pag. 445., ex Manethonis testimonio litteris tradiderit in sacra Aegyptiaca lingua τὸ Ὑκ Hyc *Regem* sonare; quin tamen in vulgari ac populari sermone idem *Regis* vocabulum τȣ̃ *Pharaonis* nomine Aegyptii protulerint, quid est quod esse impedimento queat? Neque majoris momenti est quod opponant; videlicet in sacris libris plus semel legi *Regem Pharaonem*, Exodi VI. 11. 13. & alibi passim; quae inanis

Hanc ego, eximie Cardinalis Borgia, de sermonis Phoenicum, in eorum monumentis obvii,

---

esset ταυτολογία, si vox *Pharao* Regem indicaret. Ita inquiunt Sam.Bochart. in *Phaleg.* lib.II. extremo capite XXVI., Joh.Marshamus, *Canon.Chronic.*secul.V. p.72. edit. Lipsiens. 1676. & alii apud Joan.Franc.Buddeum, *Histor. Eccl. Vet. & Nov. Testam.* edit. IV. Halae Magdeburg. 1734. Period. I. sect. III. §. XXIV. pag. 365. A quibus ille idem non discrepat. Quorum sane rationem si alicujus esse momenti ponamus; verbo Syriaco ܐܒܐ *Abo*, Graece Ἀββᾶ, τȣ̃ Patris nequaquam inesse significationem esset dicendum, propterea quod Marc. XIV. 36. = ad Roman. VIII. 15. = ad Galat.IV. 6. Ἀββᾶ ὁ πατὲρ habeatur. Ut ergo vox *Pharao* veteribus Hebraeis non magis nota erat, quam primis Christianis τὸ ܐܒܐ, אבא, fuerit cognitum; ita utrumque vocabulum altera declarandum notiori appellatione sacri Scriptores sapientissime existimarunt.

Sed neċ alia desunt, quibus veterem Niliacam linguam jam usque ab ultima ferme memoria haud parum a Phoenicio sive Hebraico discrepasse sermone etiam atque etiam evincatur. Quid, quod ipse Josephus a Pharaone rege, honoris caussa, צפנת פענח *Tsophnàth Paàneahh*, seu *Occultorum Revelator*, Genes. XLI. 45. appelletur? Quas voces LXX.Interpres per ψονθομφανὴχ, S.vero Hieronymus per *Salvatorem mundi* reddiderunt. Atqui τὸ פענח nihil prae se fert, quod ad Hebraeo-Phoenicium idioma accedat. Vox altera צפנת tres, quas vocant, *radicales* complectitur quidem litteras, nempe צפן, in quo cubat τὸ κρύπτω *abscondo*, quod a doctore Sorbonico Ludovico Picquesio, ad Thomam Eduardum Epistola III. in extremis Ludovici du Four de Longuerue *Dissertatt. de variis Epochis . . . Veterum*, pag.296. aliisque est animadversum. Verum τὸ צפנת, quamvis ejus radix purum putum sapiat Hebraismum; mirum

indole quum teneam sententiam, non doctorum modo gravissimo testimonio, sed & ipsis

quantum ab Grammatica recedit analogia Hebraeorum. De hac porro honorifica Josepho data appellatione varias tam veterum, quam recentiorum interpretum explicationes atque conjecturas si quis noscere cupit, adeat Athanas. Kircher. in *Prodromo Copto, sive Aegyptiaco*. cap.V. pag.123. seqq. = Ludov. Picquesium, epist. III. *ad Eduard. Bernard.* loc. cit. pag.296. = Gulielm.Bonjour, *Dissertat. de nomine Patriarchae Josephi a Pharaone imposito, in defensionem vulgatae Editionis &c.* c.1.p.1.seqq. = August.Pfeifferum, *De Zophnat Paneach, seu cognomine Josephi Aegyptiaco*. Witteberg. 1699. & ejusd. *Dubia vexata S.Scripturae*, pag. 213. — 216. = Johan. Nicolai *Notas in Caroli Sigonii libr.* 1. *de Republ. Hebraeor.* cap.II. not.6., Blas.Ugolini *Thes. Antiquitt. sacr.* Tom.IV. col.177. seq. = Eduard. Bernard. *Not.ad Flav. Joseph Antiquitt. Jud.* lib.II. cap.VI. oper. Tom.I. pag.79.seq. = Johan. Franc. Buddeum, loc. superius cit. §.XII. pag.265. = Bernard. de Montfaucon, *Not.in Hexapl. Origenis* Tom.I. pag.49. = Cl.Simon. de Magistris, Episcop. Cyrenensem, ad editionem *Danielis secundum Septuaginta* Dissert.IV.§.XIV. pag.523 — 526. = Forsterum in libro erudito *De Bysso antiquorum*. Londini 1778. in 8. & paul. Ernest. Jablonskium apud Joan. August. Dathium in *Notis philolog. & critic. ad Pentateuch.* Halae 1781. pag. 188. = Jo. Christ. Frid. Sculzii *Scholia in Vet.Testam.* Norimberg.1783. Vol.1. sect. 1. pag.282. = Didymum Taurinensem, loc. supra cit. pag.50. = *Histoire universelle, traduite de l'Anglois*, Tom.II. cap.VII. sect.1. pag.154. not. = Charles Chais, *La Sainte Bible* &c. Tom. I. in Genes.XLI. 45. pag. 337. Caeter.

Sed haec ipsa hactenus indicata Aegyptiaca vocabula multoque plura, quae eruditi viri & in primis Andreas

potissimum inscriptis atque a me attente ac diligenter inspectis, sive metallis, sive lapidibus

---

Mullerus in suo *Glossario sacro* protulerunt, satis superque sunt, quibus veterem Niliacam linguam ab Hebraica, Phoenicio-Cananaeis populis antiquitus communi, haud minimam Patriarchae Josephi aetate, jam induxisse diversitatem sermonis appareat. Hujus ergo cum Phoenicio idiomate qualemcumque conjunctionem nõn esse ejusmodi, ut illius usus ad Phoeniciam nostram litteraturam multum conferre videatur. Quae vero ab ejusdem sanctissimi Patriarchae Josephi, tum insequentibus aetatibus, potissimum post Alexandri Magni tempora, Aegyptiorum lingua fata fuerit experta; sic porro, ut magis magisque ab Hebraico sermone aliam atque aliam vestem plane induta & habitum, in illud demum degenerarit idioma, quod Coptum vocamus, doctissimi viri de hac litteratura optime meriti clare demonstrârunt. Horum bonam partem jam recensuerat Cl. Joh. Bernard. De-Rossi, *Della lingua propria di Cristo &c.* Dissert. 1. §. XXV. seqq. pag. 42. seqq. Qui & ipse de eadem Coptica lingua ejusque antiquitate docte disputat. Ex quibus eruditis, quorum magna in hasce litteras merita quum memoria complector, si nobilissimos seligamus atque pernoscere velimus, qui ad Copto-Aegyptiacae linguae naturam & origines indagandas ejusque monumenta evolvenda elapso & hoc nostro saeculo dederint se se; non aliunde melius innotescet, quam ex Didymi Taurinensis, in ejusdem linguae summam vetustatem item inquirentis atque indolem, *Literaturae Copticae Rudimento*, part. 1. pag. 5. seqq. Quae singula, quamvis ab Cl. Didymo docte pertractentur, attamen longe plenius, neque minori eruditione declarata quisque etiam advertet ex illa, cujus mentionem superius feci, Cl. Anton. Augustin. Georgii doctissima praefatione in *Fragmentum Evange-*

comprobatum ; quid est quod verear , ne ad eam ejusce generis accommodare possim epigrammata , quorum interpretatio , si Hebraeo - Syro-Chaldaici sermonis opem imploremus ac praesidium , haud incongrue eruatur ? Qualis tandem cumque in iisdem monumentis sit dicendi ratio , hoc vere mihi videor dicere rursum posse , vel ad utramque linguam ex Hebraicis derivatam fontibus , Syriacam nempe & Chaldaicam , vel ad ipsum Hebraismum , illam plus minusve reipsa accedere .

Et haec si sunt , ut profecto sunt hisce litteris apprime docti , qui reputent ; nullus dubito, quin iisdem in linguis tanquam cardinibus totum ferme verti Phoenicium sermonem , revera agnoscant . Tam multa sese in monumentis , suo proferendis loco , produnt Phoeniciis, quae illud abunde declarant ,

Quod cum recogito , Stephane Borgia Cardinalis doctissime , quaeque hac de re in schedas meas olim conjeceram, mecum retracto ; mirum sane mihi accidisse fateor quî factum sit ,

---

lii S.Johannis Graeco-Copto Thebaicum , tum ex hôc ipso praeclarissimo opere . In quo sane , ut in altero Cl.viri egregio libro *De Miraculis S.Coluthi & Reliquiis Actorum S. Panesniv &c.* eximius senex qua praeterea diligentia , quo acri judicio , quamque docta manu ejuscemodi monumenta illustrarit ornaritque , alibi ex animo significavi . Sed haec παρέργως .

ut Cl. Josepho Eckhel, singularis eruditionis viro, de ejus generis monumentorum a doctissimis tentata hominibus interpretatione fuse disserenti (1), haec Phoenicii sermonis cum Syrorum & Chaldaeorum dialectis arcta consociatio, unde omnis litteraturae Phoeniciae pendeat scientia, ne minimum quidem in mentem venerit. De quo intimo certe vinculo si ille ipse aliquantum cogitasset, ab illa non nimia modo criticae artis severitate paullo temperasset sese, qua in optimos quosque praeclaros eorumdem doctorum hominum conatus passim animadvertit; verum etiam, ut vir est multae doctrinae, de hac difficili disciplina nobis praecepta reliquisset, quibus commode uteremur.

A Phoenicum quidem coloniis per Ciliciam, Africam, Siciliam, Hispaniam alioque antiquitus diffusis, plura eorum, quae supersunt, monumenta ad nos devenisse nemo in quaestionem vocabit. Quod vero suis in coloniis, aetatibus post multis, sublato sensim cum metropoli & ipsa Phoenice omni commercio, cum barbaris autem indigenis affinitatibus junctis, non litterarum solum formam, sed & lin-

(1) Confer Cl. Viri *De numis lingua Phoenicia inscriptis* Prolegomena; in ejusdem *Doctrina Numorum veterum*, part. 1. Vol. III. Vindobonae 1794. pag. 396. & seqq.

guam Poenos depravasse, Cl. Vindobonensi Antiquario asserenti (1), si de varia atque a primaeva Phoenicum discrepante scripturae ratione res accipiatur, non valde equidem repugnarem. De quibus sane litteris alias. Quantum vero ad vitiatam patrii sermonis integritatem, mihi sic censeo illud esse tenendum, quin Poenos eosdem linguam adeo corrupisse ac depravasse existimemus, ut veteri plane antiquata, novum prorsus loquendi modum usurpassent. Neque Sallustii (2) de Leptitanis, ortu certe Sidoniis, scribentis, eorum *civitatis linguam modo conversam connubio Numidarum*, locus; neque caetera ex Plauti *Poenulo* & ex Virgilio & ex S. Hieronymo ab Cl. Eckhelio prolata testimonia (3) eo spectare videntur nobis, ut tantam, quantam ille idem praedicat, Phoenicium sermonem in coloniis corruptionem fuisse passam ponamus.

Qùum vero in multis coloniarum suarum locis, in Africa praesertim, in Hispania quoque

(1) Ibidem pag.400.

(2) In *Jugurtha, seu de Bello Jugurthino*, c.LXXVII. init. Confer Cl. Francisc. Perezium. Bayerum in eundem Sallustii locum, *Del alfabeto y lengua de los Fenices*, ad extremum Sallustium cum interpretatione Hispanica Regii Infantis, Matriti splendidis typis, latine quoque editum an. 1772. fol. pag.337.

(3) Ibidem uti supra. De quibus testimoniis suo dicemus loco.

Digitized by Google

atque in Sicilia, summa rerum potiti Poeni, sive Phoenices fuerint; non suo tantum imperio, quod olim fuit amplissimum (1), sed & sermone sese illarum gentium victores commonstrasse, quemadmodum victis & subactis populis plerumque evenire (2) solet, est credendum. Ex quo factum esse opinor, ut eorum linguam, quippe quod suae Phoenices etiam in coloniis essent maxime studiosi, ab illis minus deviasse fontibus, quibuscum ipsam illam, de qua ante dicebam, consociationem semper servaverit.

At quid ex ipso deprevato in coloniis Phoenicum sermone Cl. Eckhel colligat, nunc videamus. Ergo illud inde sibi sumit Cl. Antiquarius, ut nisi major & quidem e terrae sinu eruenda copia nobis adsit (3) monumentorum,

(1) Quod quidem alias quoque significabimus.

(2) Confer Joan. Bodinum in *Methodo ad facilem Historiarum cognitionem*: cap. IX. edit. Lugdun. 1583. p. 354. sqq. = Bernard. Aldrette, *De l'origen de la lengua Castellana* cap. XI. & XII. = Brian. Walton. in *Prolegomen.* I. §. 19. = Carol. Du Fresne, Praefat. ad *Glossarium Med. & infim. Latinitatis* §. XI. p. XI. seq. = Conrad. Gesnerum in *Mithridate de differentiis linguarum*, apud Cl. Dominicum Diodatum in libro ab se inscripto, *De Christo graece loquente exercitatio*. Propos. I. & illum ipsum doctum virum, ibidem pag. 2. seqq. Quam in rem adire juvat Cl. Johannis Bernardi de-Rossi eruditas animadversiones, *Della lingua propria di Cristo* &c. Dissert. I. §. XIII. seqq. pag. 21. seqq.

(3) Loc. ante cit. pag. 402.

hujusce litteraturae in aliqua unquam collocandae luce spem omnem doctissimis hominibus praecidere videatur. Verum illud quoque est, quod, Cl. viri pace dixerim, ab eruditis hac in palaestra vere exercitatis, ille idem numquam impetrabit; & sane, ut opinio mea fert, non immerito.

Quid est igitur, quod in ista disciplina Vindobonensi Antiquario occurrat, e quo vix attingi aliquid possit, quo monumentorum ipsorum defectu atque inopia, longius eruditorum industria progredi non potest? Atqui ejus sententia (1), si litterarum formam, quas Phoeniciarum coloniarum praeferunt monumenta, a nativa Phoenicia nimis discedentem, sermonem vero longa cum barbaris gentibus consuetudine quantopere depravatum, animo reputamus; id disciplinae genus tanta involutum obscuritate atque difficultate implexum reperiemus, ut qui, eo ipso judice, ad illa se iisdem & deformatis in coloniis litteris & in illis corrupto sermone, descripta monumenta accinget interpretanda, *falsum pro vero, pro Junone nubem stringat* (2) erit necessum.

Atque hujuscemodi & sentiendi scribendique rationem, quamquam hac in tractanda dis-

(1) Ibid. pag.400.
(2) Idem ibid.

ciplina latissime patere Cl. Joseph Eckhel arbitratur; argumento tamen, cui ille ipse haud parum confidat, eoque uno exemplo ab Abderitanis numis desumpto, aggreditur comprobandam. (1) Nobis idcirco duos hujus Hispanicae civitatis profert numos. Horum alter Phoeniciis, sive Punicis hisce inscribitur litteris = 19990; alter vero non multum absimilem videlicet = 15550, epigraphen exhibet. Et quandoquidem inter secundam litteram, & tertiam & quartam, nimirum ב, ר, ר, sive 9, sive 5 scribatur, ne quidquam intercedit discriminis; illud equidem Cl. Antiquario darem, utrique evolvendo numo, Oedipo conjectore opus fuisse, qui hujusce insolitae interpres esset scriptionis. Quamquam Jacob. Rhenferdium (2) unam aut alteram harum litterarum potestatem non invita Minerva multo ante eruisse, Cl. Eckhelio erat animadvertendum. At veluti nullus Rhenferdii conatus habeatur, ut qui rem totam ipsam non fuerit assequutus. In ea porro ejusdem rei obscuritate alterum numisma Tiberio Caesari inscriptum, & quidem bilingue, parte adversa, eadem epigraphe Punica & Latina, sed voce ABDERA signatum, sese forte fortuna obtulit.

(1) ibidem.

(2) Apud Cl. Francisc. Perezium-Bayerium, *del Alfabeto y lengua de los Fenices, &c.* pag. 369.

Quibus sane bonis avibus nodus solutus est Herculeus, harumque Punicarum vera inventa potestas est litterarum. Quid vero, si ne ita quidem nostris doctissimis Antiquariis salvus honos adhuc est? At enim si *hoc* (Τὸ ABDERA) *abesset*, inquit Cl. Josephus Eckhelius (1), *quam lepidas irrequieti interpretes de hac epigraphe fabulas nobis consarcinassent?* Itane tandem? ut nullus omnino exstitisset doctorum hominum, cui ni sortito numus ille bilinguis obtigisset, easdem explicasset litteras? Et profecto ejusdem typi in promptu jam habebamus alios Punice tantum inscriptos Abderitanos numos, quorum characteres, ab eadem forma haud valde abludentes, attamen ea scripturae ratione & paullo varia exarati deprehenduntur, ut unus ab altero distingui, quaque eorum quisque gaudeat potestate statui posse, recte observavit Cl. Franciscus Perezius-Bayerus (2).

Quid ergo istam & sane veram eruditissimi Hispani animadversionem Cl. Vindobonensis Antiquarius tacitus praeteriit? Ex qua profecto animadversione ejusdem scripturae investigan-

(1) Loc. cit. pag.400.

(2) Loc.supr.cit. & p. seq.,ubi praeter unum bilinguem, cujus mentionem fecimus, quinque alios ejusdem civitatis Abderae protulit numos, quorum I. II.III.& IV.aliquam in litteris certissime prae se ferunt diversitatem.

dae rationi aliquid affulsisset luminis. Quamobrem aut luculentius quidquam a Cl. Eckhel erat producendum, aut illud ex numis Abderitanis productum exemplum praetermittendum. Ego vero quam metuo, ne in hujusce disciplinae difficultatibus sic augendis amplificandisque & in ejusce generis litterarum Punicarum ambiguitate exaggeranda (quam unius caelatoris, vel monetarii sive culpae, sive arbitrio tribuendam non injuria suspicarer) nimis ipse indulgere atque complacere sibi, aequis hujus litteraturae aestimatoribus Cl. Eckhel videatur.

Atque & illud gravius ac sane non omittendum, quod Cl. Vir proxime subdit (1) „ Quod „ si, inquit ille, etiam similium litterarum pers„ pectum nobis esset alphabetum, an continuo „ & teneremus linguam? „ Atque id quidem ex illo, de quo paullo ante dixerat, depravato in Phoeniciis coloniis sermone potissimum constare ille idem contendit. Quamquam nec, si id quoque ut alia multa doctus Vindobonensis Antiquarius conjecturis tueatur suis, vereor ne falsum esse videatur. Quod Phoeniciae linguae primaeva & incorrupta integritas in coloniis sensim obscurata, aliquantum fuerit, utique non refragabor. Illam tamen integritatem sermonis plane pleneque evanuisse, itàque depra-

(1) Idem, loc. ante cit.

Digitized by Google

vatam in monumentis esse, nulla ut nobis hujus linguae indolis, quaecumque demum ea sit, dignoscendae aliqua adsint subsidia; neque credam ipse, neque esse aliquem in hoc studii genere versatum arbitrabor, qui censeat credi oportere.

Sed in epigrammatis explicandis Phoeniciis summopere dissident Antiquarii; tametsi egregiis linguarum Orientalium studiis instructi. Quod magno esse argumento Cl. Eckhel dicet, quanta adhuc nos in ejusdem linguae ignoratione versemur. Eo certe revolvuntur quae multis ille idem disputat (1).

Digladientur Antiquarii illi, per me licet, cui nihil est necesse, nisi ubi sit illud, quod aut verum sit, aut quam simillimum videatur veri hac in commentatione nostra inquirere. Antiquarii, inquam, illi dissident certe; quis negat? At si de multis dissentiunt, in multis quoque mirifice congruunt. Nos autem, qui verum invenire sine ulla contentione volumus, idque omni, quantum est in nobis, cura studioque conquirimus; non est profecto, cur de illis & tantis inter doctissimos viros in Phoeniciis explicandis monumentis, dissensionibus tantopere laboremus. Neque inter nos & eos, qui sic disputant, quidquam interest, nisi quod illis suas

(1) Ibidem pag. 396.—399. 401. seq. & alibi.

lites moventibus atque eas pugnacissime defendentibus relinquentes, id unum nos studemus, ut sine pertinacia ad usum transferamus nostrum, quae singuli de hac disciplina bene tractarint. Quapropter, etsi Phoeniciae linguae plena cognitio magnis obstructa sit difficultatibus; eaque sit in ipsa animo recte comprehendenda obscuritas, ut in illustrandis & hujusmodi metallis & lapidibus, de nobis diffidere satis debeamus; verumtamen caussa nostra facilis est, qui illarum, quarum meminimus, linguarum praesidio & ope, quae sermonis fuerit Phoenicii natura atque indoles, si non perfecte, bona saltem ex parte assequi possumus.

Quid? quod ipsius linguae plenam ac perfectam nondum consequuti fuimus scientiam, neque fortasse ob monumentorum paucitatem unquam consequemur; in illis vero metallis & lapidibus interpretandis doctissimi homines dissenserint, quin immo multa peccarint; siccine censemus singula ejusmodi epigrammata tam latere in occulto, nihil ut de eorum intelligentia ferme constet; nihil ut de utilitatibus, nihil ut de commodis ab summis viris Phoeniciae litteraturae certissime in latis, vix statuendum ac ne vix quidem nobis sit cogitandum?

Et revera si id, quod Cl. Eckhel principio ponit, verum sit existimandum; jam quidquam hac in disciplina proficiendi spes, non

dicam exigua, sed certe desperatissima est. Scribit enim (1) *sese hactenus post incredibiles conatus contentionesque non multo plus videre profectum a peritissimis quam a minus peritis*. Quod quidem ut ferri ab doctissimis nostris Antiquariis moderate possit, non video. Mirabuntur virum doctum tam minus docte fuisse loquutum. Suadère enim id imperitis dicent fortassis te posse, persuadere autem minime. Mihi autem displicet sane & quam maxime in tanto viro, istud illi excidisse. Quasi vero ipse ignorarit =

—— *Quid distent aera lupinis.*

Verbis ipsis utor Horatii (2). Quod si ignoravit, hoc uno nomine nihil se esse in Phoenicia litteratura, eruditorum hominum suspicioni reliquisset locum, in qua tamen se ipsum aliquid putavit posse. At quia Clarissimi viri virtutem cognitam perspectamque habemus atque doctrinam; arbitror equidem, se disputationis aestu abreptum passum fuisse sic scribere. Quamquam hoc quidem nimis saepe.

Phoeniciam disciplinam sero a nostris cognitam, diu multumque jacuisse, non committam ut negem; idque hujusce commentationis nostrae secundo ostendemus capite. Quo loco propositum nobis est illos colligere litteratos vi-

(1) loc. cit. pag. 396.
(2) *Epistolar*, lib. I. Epist. VII. vers. 23.

ros, qui huicce illustrando studio excitandoque se dederint. Ex quorum elucubrationibus quid ipsa Phoenicia scientia iis debeat, existimari poterit. Nullum vero eidem disciplinae lumen nostra hac aetate accessisse, nemo nisi Phoeniciae litteraturae tractandae plane insolens, defendere ausus hactenus est. Hoc igitur fixum ratumque habeo, in tanta, & quantam volunt, ejusdem litteraturae obscuritate, ac, ut ita dicam, caligine, nos luce omni non esse destitutos, qua Phoenicii sermonis naturam introspiciamus & indolem; modo illis, de quibus ante dixi, utamur subsidiis.

Quid igitur? An Cl. Vindobonensem Antiquarium sic animo comparatum censemus, ut ad Phoenicia interpretanda monumenta omnes aditus intercludat? At ut nostrum in longum non trahamus sermonem, quid ea de re ille idem revera sentiat, quidque ex depravata in coloniis Phoenicum lingua colligere sibi videatur, ipsum audiamus.

„ Jam vero, inquit Cl. Eckhel, cum mo-
„ numenta Phoenicia non nisi ex lingua Hebrai-
„ ca, quae Phoeniciae mater est, explicari
„ possint; ipsa vero jam lingua Phoenicia ab
„ Hebraica, & forte plus quam credimus, dif-
„ ferat; nam S. Hieronymus Phoenicum idio-
„ ma Hebraico tantum affine dicit (1), qua

(1) „ Ad Isai. L.VII. cap. 19. „

„ deinde fiducia monumenta linguae Phoeniciae
„ in coloniis μιξοβάρβαροις luxatae & corruptae ex
„ legibus linguae Hebraicae explicabimus? Idem
„ hi mihi agere videntur, ac si quis solius lin-
„ guae Graecae peritus, at cui constat Latinos
„ a Græcis & litteras & linguam accepisse, ex
„ linguae Graecae praeceptis auderet marmora
„ Latina Ancyrana interpretari„. Haec ille (1).

Quid? istud quo pertinet? Ut ex uno solo Hebraico sermone Phoenicia monumenta explicemus? Magni profecto est usus hic sermo immo & potissimi iisdem in evolvendis, quemadmodum superius & saepe declaravi. At si id vellet vir doctissimus, Hebraeorum linguam ab Phoenicum sermone adeo discrepare, ut qui ejus generis epigrammata unius Hebraici sermonis ope interpretanda suscipiunt, eorum similes sibi videantur, quos luderet error, neutiquam dixisset. Quaenam est porro in collatione ista ex marmoribus tracta Ancyranis, cum ipsis Phoenicia lingua inscriptis monumentis similitudo, nisi abnormis utrinque proportio? Neque ipsum, quo certe abutitur, S. Hieronymi testimonium ei suffragari quidquam potest, cum inter utrumque & Hebraicum & Punicum sermonem sanctissimus Pater affinitatem agnoscat. Non erat igitur, cur Cl. Eckhel id nobis

(1) Loc. cit. pag. 400.

opponeret testimonii genus. Neque scio, an conjectura errem, si dicam S. Doctorem de lingua illa Punica a suo Hebraico fonte jam paullo magis deviante, eo loci verba fecisse, quam ejus aetate loquebantur vel Phoenices populi, vel ex iis orti, vel ejusdem regionis vicina incolentes. Haec vero nostra ut nulla sit conjectura, per me licet; modo ne Cl. vir eundem locum, suae opinionis juvandae caussa, nobis opponat Hieronymi. Veterem ergo Poenorum linguam in coloniis receptam S. Hieronymum denotasse concedamus. Verum quid hinc sibi commodi Cl. Antiquarius Vindobonensis polliceatur, nec equidem suspicor. Quare illud est plane singulare & prorsus ἀσύστατον, quod de Graecorum lingua ait, qua quis probe doctus in Ancyranis explicandis marmoribus utendum sibi existimaret. Perinde atque Phoenicium, sive Punicum idioma in coloniis etiam multo depravatum, uti ille idem censet, & cujus monumenta exstant, ab Hebraeorum tantum discederet sermone, quantum inter Latinorum linguam, qua Ancyranae descriptae fuere tabulae, & Graecam ipsam linguam discriminis revera intercedat. Id autem tam esse a vero discrepans, ut ne veri quidem simile videatur. Quotum enim quemque fore putamus qui, monumentis iisdem Phoenicio-Punicis omnino repugnantibus, istud unquam defendat, nisi in Phoenicum, seu Poe-

Digitized by Google

norum sermone plane, ut ajunt, peregrinus & hospes? Nihil ergo in hac Cl. viri consecutione est, quod ab se institutae comparationi respondeat.

Et sane priscos Latinos, gentem agrestem ac incultam et diversis concretam populis (1)

(1) *Latium ... colonis saepe mutatis, tenuere alii aliis temporibus, Aborigenes, Pelasgi, Arcades, Siculi, Avrunci, Rutuli*. Plinius, *Histor. natur.* lib.III. edit. Harduini Tom.I. pag.152. Confer Dionys. Halicarnasseum, *Antiquitt. Roman.* lib.I. cap.IX. seq. lib.II. cap.I. pag.7. seq. 75. seq. = Strabon *Rerum Geograph.* lib.V. Amstelod. 1707. pag.350. seq., alias 229. seq. = Philipp. Cluverium, *Italiae Antiq.* lib.III. c.I. pag.787. seqq. cap.II. pag.821. seqq. = Theodor. Ryckium in *Dissertat. de primis Italiae Colonis &c.* cap.I. II.& III., adjecta Lucae Holstenii *Notis ac castigatt.in Steph. Byzant. de urbibus*. Lugd. Batav. 1684. p. 399. seqq: = Athanas. Kircherum in *Latio* &c. edit. Amstelod. 1671. lib.I. cap.I. pag.3. seqq. = Alexium Symmac. Mazochium, in *Prodromo ad aeneas Tabulas Heracleenses*, §.V. pag.87.seq.& in *Sylvis Phalegicis*, c.IV. ejusd. *Spicileg. Biblici* Tom.I. pag.256. seq. = *Histoire Universelle, traduite de l'Anglois &c.* edit. Amstelod. Tom.VIII. liv.III. cap.V. cap.I. sec. II. pag. 11. seqq. = Cl. Abbas Lanzi, *Saggio di lingua Etrusca*, part.I. cap.II. & III. pag.15. seqq. 35. seqq. Sunt & alii tam veteres quam recentiores scriptores ea de re saepe inter se parum consentientes, quos hîc enumerare non vacat, quique in illarum gentium, a quibus Latium ab initio frequens incolis fuerit,& a quibus Romani ortum ducant, priscas inquisiverint origines atque earum linguas varias, sive dialectos. Horum scriptorum, quos inter eminet Octavian. Ferrarius, cujus *De origine Ro-*

dispari genere dissimilique fere lingua & moribus, urbe Roma jam condita, suum tum effinxisse atque temperasse sermonem, ut etsi multa in loquendo vocabula barbara efferrent, plura tamen & majore numero a Graeca Aeolum lingua in suam transtulisse, Dionysius Halicarnasseus tradidit (1). Antiquas quoque latina-

---

manorum librum Joh. Graevius sui *Antiquitt. Roman. Thesauri* Tom.I. complexus est, haud paucos recenset Jo. Alb. Fabricius, *Bibliographiae Antiquariae* cap. III. Adisis, si lubet, *Disquisitiones* Gallice editas nostras, *De Epocha Equitationis*, part. 1. pag. 153, seq. not.

Quamvis scriptores alios de eadem re tractantes, ne nimius essem, praetermittendos duxerim; intelligo tamen duos esse praesertim IIviros, eosque nostra memoria claros, qui hoc in genere laudem apud eruditos sibi compararunt. A quibus commemorandis si abstinerem, essent fortasse qui parum illud probarent. Quibus ego ut morem geram, ill. Praesulem Marium Guarnaccium nominabo & Cl.Comitem Johan. Rinaldum Carli, qui idcirco consulendi; Guarnaccius quidem *Delle Origini Italiche*, edit. Roman. 1785.—87. Tom.I. lib.1. cap. II. pag. 91. cap. III. pag. 119. seqq. Tom.III. pag.58.&c., quibus locis Latinos Tuscos ortu contendit; Carlius autem, *Delle Antichità Italiche*, edit. Mediolan. 1788. part.1. lib.1. §.VII. pag.36. seqq. Sed hoc argumentum longius persequi non est necesse; illudque brevi hîc attingere ratus sum, propterea quod rei illustrandae, quantum instituta ratio postulat, satis inservire queat.

(1) *Ρωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκραν βάρβαρον οὐδ' ἀπαρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτήν τινα ἐξ ἀμφοῖν, ης ἐστιν ἡ πλείων Αἰολίς*. idest, *Romani vero*

rum litterarum formas easdem fuisse, *quae veterrimae Graecorum*, Cornelius Tacitus (1) & Plinius (2) scripto reliquerunt. At non solum & Latinorum & Graecorum litteras a

sermone, nec prorsus barbaro, neque absolute Graeco utuntur, sed ex utroque mixto; cujus major pars est linguae Aeolicae. Haec ille loc. ante cit. lib.I. cap.IX. edit. Oxoniens. 1704. Tom.I. pag.74.

(1) *Annalium* lib.XI. cap.IV. alias XIV. edit. Amstelod.1672. Tom.I. pag.651.

(2) *Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut Jonum literis uterentur. Veteres Graecas fuisse easdem pene quae nunc sunt latinae, indicio erit Delphica Tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio dono Principum Minervae dicata in Bibliotheca cum ista inscriptione* = Ναυσικράτης Τισαμενȣ̃ Ἀθεναῖος ἀνέθηκε (Nausicrates Tisameni filius Atheniensis dedicavit.) Ille idem loc. cit. lib.VIII. cap.LVII. Tom.I. pag. 419. De qua epigraphe praeter caeteros confer Edm.Chishull, *Antiquitt.Asiatic.* edit.II. Londin. 1728 pag. 12. not. 25., qui paullo varia, ad vetustissimam nempe Graecae linguae analogiam accommodata, eamdem exhibet inscriptionem. Aliamque in columna aenea Romae in Aventino posita, epigraphen ex Dionysio Halicarnassensi, loc. superius indicato, lib.IV. cap.XXVI. pag.221. idem profert. Quam quidem columnam mansisse ad suam usque aetatem Dianae in templo erectam, illisque Graecarum litterarum characteribus inscriptam, οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο, *quibus antiquitus Graecia utebatur*, Dionysius ibidem memoriae mandavit. Vide ipsum Harduinum in hunc Plinii locum. = Cl. Januarium Sixtum, τὸν μακαρίτην, *Trattato delle quattro Dentali, o siano Sibilanti*, §.70. pag.390. seqq. & alios plures, quos mitto, de illa epigraphe disserentes.

prisca sua forma, progressu temporum recessisse, verum & utriusque gentis sermonem pro diversa aetate multum variasse (1), tam

(1) De quibus singulis, haec maioris dilucidationis gratia, duximus adnotanda. Quae ut ordine colligamus; principio quidem quod litteras ipsas spectat Romanis receptas duobus & amplius ab urbe condita saeculis, iamque exactis regibus, easdem PRISCAS vocat Titus Livius, *Historiarum* lib.VII. cap.III. edit. ab Arnoldo Drackenborch curatae,edit.Amstelod.1738. Tom.II. pag. 479. Atqui eo loci de more Romanis solemni loquens scriptor Patavinus figendi clavi in pariete alicujus templi, sive pestilentiae, uti ait ille, sedandae caussa, aut ob secessionem plebis & discordiam, sive ad notam annorum designandam, propterea quod, eodem auctore, rarae per ea tempora erant litterae; *Lex*, inquit, *vetusta est priscis litteris verbisque scripta*. Quod indicio esse scripturae latinae rationem Augusti & ipsius Livii aetate usurpatam, a pristina & primaeva haud parum discrepasse, recte animadvertit Joh. Swinton, *De Priscis Romanorum literis Dissertat.* §.1.pag.4. idque pag.seq. ex Plinii loco lib.XXV. cap.III. etiam commonstrat. Sed omnino consulendam reor Joan. Rainoldi *Historiam Graecarum & Latinarum literarum*, editam Etonae 1752. in 4., in qua dissertatione Cl. Anglus erudite ac fuse pertractat quae utriusque litteraturae & Graecae & Latinae fata varia atque progressionem maxime illustrent. Adisis etiam Cl. Joan. Bouhierium *De Priscis Latinor. & Graecor. literis*, in extrema Montfauconii *Palaeographia Graec.* §§.18. 19. 34. 37. — 42. pag.560.562. sqq. De quo etiam argumento disseruisse facile mihi persuadeo Cl. Theophilum (sive Gottlieb) Christoph. Harles in *Introductione in notitiam literaturae Roman.* Quem librum ad manus habere mihi nondum contigit; eundem tamen ab eo ipso erudito auctore plus semel

Digitized by Google

compertum eruditis est atque exploratum, ut aliqua indigere explicatione non videatur. Ve-

---

commemoratum legi Tom. I. novae *Jo.Alb.Fabricii Biblioth. Graec.* editionis ab se curatae, Hamburgi & Lipsiae 1790.

Litteras autem Graecorum variis aetatibus non unum eundemque servasse habitum atque in scripturae modo a veterrimo sive Pelasgico, ut quidam volunt, seu potius a Cadmeo, ut communis doctorum fert opinio, Graecos ipsos deflexisse; ex eiusdem Arnoldi paullo ante indicata & parum obvia dissertatione, cuius exemplum possideo, manifeste patebit. Equidem etsi Arnoldi in ea re studium plurimi facio atque diligentiam, attamen conferenda quoque existimo quae commentati sunt Josephus Scaliger, *Animadversion. in Chronologica Eusebii* pag. 110. seqq. = Ezech. Spanhemius, *De praestant. & usu numism. antiq.* Dissert. II. pag. 81. sqq. = Bernard. de Montfaucon. *Palaeograph. Graec.* lib. II. cap. I. II. III. & IV. = Sigebert. Havercampius, *De veteri & varia literarum apud Graecos scriptura*; *Sylloges Scriptorum de lingua Graeca* part. I. pag. 205. sqq. = Edmund. Chishull. de Inscriptione Sigea, in suis *Antiquitt. Asiaticis* edit. II. pag. 3. 5. &c. = Cl. Ricard. Chandler, *Inscription. Antiquar. &c.* part. II. pag. XIII. = Cl. Johan. Philipp. Siebenkees in *Expositione Tabulae Hospitalis Musei Borgiani*, pag. 28. seqq. = Cl. Ludov. Castellus, princeps de Torremuzza, in suis *Prolegomen. ad Siciliae & obiacentium insularum veterum inscriptionum novam collectionem* ab se illustratam p. XV. seqq., & ejusd. *Quinta aggiunta di Medaglie alla Sicilia numismatica di Filippo Paruta*; Sylloges inscriptae *Opusculi di Autori Siciliani*, Tom. XV. pag. 18. seq. = Cl. Clemens Biagius de Nanianae Ἐπιγραφῆς a Cll. viris Hieronymo Zanettio, Andr. Corsinio & Thom. Perellio iam expositae, palaeographia, in *Monumentis*

rumtamen confert id nunc maxime, ut res ipsa, licet ab doctissimis jam saepe observata homini-

---

Graecis & Latinis ex Museo Cl. Equitis & Senatoris Jacobi Nanii Venetis ab se illustratis §.II. seqq. p.4. seqq. = Samuel. Shuckford, *Histoire du Monde sacrée & profane*, Tom.I. lib.IV. pag.251. seqq. Sexcenta sunt quae peti ex vetustissimis Graecis inscriptionibus testimonia possunt, quibus illud comprobetur. Quod ut uno ostendatur exemplo, Sigeum tantum lapidem & ipsa marmora Amyclaea hîc indicabo, de quibus me dicere memini *Diatribes de Bibliographine antiquar.& Sacrae Critices aliquot capitibus* pag.285. seq.290., alias pag.61. seqq. & 69. not.

Enim vero horum monumentorum scripturae ratio si cum aliis posterioris aevi Graece inscriptis conferatur lapidibus, quin Graecarum litterarum figura diversis varia fuerit temporibus, nihil habet dubitationis. De qua vero insolita ac singulari characterum forma eaque vetustissima, quippe ex Phoeniciae litteraturae fontibus proxime hausta, sed aliam insequutis aetatibus posituram induente & habitum, videndi Gerard. Joan. Vossius, *De Arte Grammat.* lib.I. cap.X, Oper. Tom. II. pag. 16. = Alexius Symmach. Mazzochius in *Aeneas Tabulas Heracleenses*, Diatrib. III. cap.II.pag.120.seqq. = Gregorius Placentinus, *Epitomes Graecae Palaeographiae* cap.I. II. & III. Mitto Cl. Jo. Bouhierium, loc.cit. §§.5. 43. seq. pag. 554. 564.seqq. caeterosque eadem de re agentes, quos in dicta Diatriba nostra saepe me laudare memini. Neque equidem silentio tunc praetermisissem, cum in eo eram argumento, si in manus pervenissent, quae hanc ipsam in rem observarunt Cl.Theophil.Christoph. Harles ad *Introduction. in Historiam linguae Graecae*, Altenburgi 1778.Prolegom. §.IV. pag.VIII. seqq., & praestantissimus Jo. Bapt. d'Ansse de Villoison in sua *Diatriba de*

bus, Cl. Vindobonensi Antiquario in mentem sit revocanda, quod hoc argumenti genere satis se

quibusdam codicibus Graecis Venetae S. Marci Bibliothecae, ex quibus varia Opuscula nunc primum eruta in lucem prodeunt, & de quibusdam praecipuis Palaeographiae capitibus; Anecdotorum Graecor. Tom. II. pag. 119. — 171. Quibus locis varias litterarum Graecorum formas atque immutationes copiose & erudite persequitur, deque aliis quaestionibus grammaticis ad idem argumentum spectantibus plus semel disserit, scriptores vero multos & Gallos & Italos hanc litteraturam illustrantes, eorumque sententias exponit ac recenset; inscriptiones quoque vetustissimas earumque a doctis viris datas interpretationes passim commemorat; ex quibus Palaeographiae affundi haud parum luminis possit. Confer & ejusdem Harles *Supplementa* ad novam *J. A. Fabricii Biblioth. Graec.* lib. I. cap. XXIII. editionem ab se curatam, Hamburgi 1790. Tom. I. pag. 201. seq. not. *g*)

Quoniam vero in Graecarum litterarum mentionem incidi, quas de prisca sua Cadmea forma decursu temporis decessisse, inscripta prorsus evincunt monumenta; illud unum eo loci haud omittendum censeo, non aliquot tantum, exempli caussa, sexdecim elementa, sed singula ipsa a Phoenicibus Graeciae tradita, apud eosdem Graecos postea variasse. Quapropter doctorum virorum non possum, quin rursus parum probem sententiam, veteres Graecos a Phoenicibus sexdecim numero litteras accepisse pugnantium. Quam quidem opinionem, ejusdem Diatribae nostrae pag. 322. seqq. alias 98. seqq. not., veluti commentum a priscis praesertim Grammaticis excogitatum, at tabulis omnino dubiis planeque incertis, esse habendam mihi sumpsi demonstrandum. Verum bene habet, quod etsi multorum doctissimorum hominum consen-

cavisse ille idem existimet, ne ex Phoenicio-Punice inscriptis monumentis illud assequi ullus un-

su firmata videatur, aliquibus tamen eruditis rem ipsam diligentius attentiusque perpendentibus, non fucum fecit eadem de sexdecim litteris vulgo recepta sententia.

Vetustissimae illius aetatis, fateor, monumentis, quae Hebraeorum gens proferat, & sane summae auctoritatis, destituti sumus, quibus antiquos Phoenices totidem characteres, quot jam usque a primis temporibus apud ipsos fuerunt Hebraeos, in sua usurpasse scriptura, illosque eodem numero in Graeciam intulisse, apertissime ostendamus. Verumtamen utrique genti & Hebraeorum & Phoenicum, quippe eandem regionem, sive Chanaanitidem incolenti, & consuetudine quadam, seu communi & usu recepto loquendi sibi invicem junctae, easdem numero ab ultima antiquitate fuisse hasce litteras, conjectura non probabili modo, sed & certissima ducimur ad credendum. Quod secus si statuatur, ergo dicendum tam veteres Hebraeos, quam Phoenices ipsos imperfectum prorsus atque rude alphabeti diagramma principio adhibuisse litterarum. At id ipsum quam gratis omnino affirmetur, indicata Diatriba me pluribus, nisi maxime errem, commonstrare memini. Pag. vero 332., editionis autem seorsim factae pag. 108. not., de nonnullis Psalmis, ut Jeremiae Threnos & XXXI. caput Proverbiorum, universumque librorum Veteris Testamenti contextum tacitus nunc praeteream, initio versuum, non viginti, (quod errore typographico ibidem praepostere scribitur) sed viginti duas alphabeti singulas exhibentibus Hebraicas litteras, disserens; eo gravissimi argumenti genere in primis utendum duxi, ut quod harum ipsarum eodem numero litterarum usus antiquissimam sane prodat aetatem.

quam speret posse, quod eorumdem epigrammatum intelligentiam revera aperiat. Atque hinc

---

Atqui Phoenices, uti multa veterum scriptorum suadent testimonia, quum proprios suos Graecis communicarint characteres, quare potius sexdecim, aut summum septemdecim, quam viginti duas illis tradidissent, vix intelligere, suspicari autem ne vix quidem possum.

At enim ipsius Herodoti verba, quae in *Terpsicore*, sive lib.IV. *Historiar*. c.58. p.306. edit. Wesselingii p.399. reperio, cum intento animo rursum perpendo; eo adductus esse mihi videor, ut non dubitem, ea legentibus illud quoque succursurum, quod nostram apprime tueatur sententiam. Post vero quam de doctrinis multis a Cadmo fuisse & sociis Phoenicibus Graecos edoctos scripsit Herodotus, ad litteras ipsas iisdem, ut ei quidem videtur, antea prorsus ignotas, statim venit. Quas sane litteras quum Phoenicibus Graeci merito acceptas referrent, idcirco τὰ γράμματα φοινικήϊα, ut quoque habet Diodorus Siculus, *Biblioth. Histor*.lib.III.cap.66. pag.140. edit. Wesseling. pag.236., easdem vocasse ille idem Herodotus prodit. Rem autem eo pacto exponit scriptor Halicarnasseus, ut istas litteras in Graeciam tum invectas illarum plane similes eodemque exstitisse numero, quas ipsius aetate Phoenices usurpare consuessent. Ait autem = Πρῶτα μὲν. τοῖσὶ καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες. *Primo quidem* (fuerunt illae litterae) *quibus omnes etiam utuntur Phoenices*. Atqui quo τὸ χρέωνται spectet, non equidem intelligo; nisi ad easdem numero XXII. litteras, Herodoti tempore certe receptas, quasque Graeci jam diu acceperant, eumdem scriptorem respexisse dicamus*. Quem porro Herodoti locum in vulgata lectione obscuriorem, observante ibidem Cl. Wesselingio, ita explanant Archiepiscopi Sancroft Codices Britanni-

sane cognitum magis fiet, quam longissime a veritate abhorreat Cl. Viri ex Ancyranis Tabulis de-

---

ci, ut res ipsa eodem, quod ante animadverti, revolvi videatur. Habent namque = *πρῶτα μὲν τούτοισι ἐχρέωντο κατάπερ καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες*. *Primo quidem* (Graeci) *iisdem utebantur* (litteris), *sicut omnes etiam utuntur Phoenices*. Mihi sane tanti facienda ejusmodi lectio est, ut aliquanto mirum plerosque eruditissimorum virorum, quibus ipsa jam innotuerit, quo revera pertineret, non observasse.

Quid ergo *χρόνου προβαίνοντος*, *progressu temporis* Graeci fecerunt, quibus suas & Cadmus & Phoenices socii tradiderant litteras? Sicut & linguam ad dialectum Phoenicum tunc aetatis proxime accedentem, at deinceps paullatim & multum immutatam, ita *ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων*, *una cum sono mutaverunt quoque modulum litterarum*; videlicet, ut eodem loci adnotat Wesselingius, earum modum, figuram & scriptionis seriem.

Atqui Graecos formam illam novam litteris paullo serius induxisse Phoenicum, servato tamen singularum ordine, nomineque quoque maximam partem retento, ac earumdem potestatis habita ratione, etsi multo post tempore non utique servata; tum inverso etiam earum situ, tum scriptionis veteris sinistrorsum immutato modo, altero autem dextrorsum usurpato, ponendum existimo.

Qua praesertim vero tempestate, hac nova forma Cadmeae litterae apud Graecos effingi coeperint, quasve & quibus aetatibus passae fuerint vicissitudines, non est facile ad ostendendum. Hoc certum mihi videtur, longe post tempora, quibus *τὰ γράμματα καδμήϊα*, sive *φοινικήϊα* Graeci accepissent, singula illa a doctis viris, quorum hac ipsa adnotatione superius memini, aut collecta, aut illustrata monumenta, Graecis inscripta

ducta comparatio. Nam, quemadmodum est ante demonstratum, sic Graecum inter & Latinum ser-

---

litteris fuisse, quae a primigenia forma plus minus iam descivissent Phoeniciarum. Quod satis nos edocent omnium etiam antiquissimae epigraphae, quarum plerasque in Diatriba indicavi. Quas tamen epigraphas Trojano excidio (ante natum Christum an. 1209.) longe posteriores esse dicendas arbitror. Enim vero nullum hactenus repertum id genus monumenti est, quod puris putis totum signatum fuerit Cadmeis litteris, quibus notabantur vetustissimae illae inscriptiones, quas ab interitu nobis servavit Herodotus, dum earum mentionem facit in *Terpsicore*, sive lib. V. capp. 59 — 61. edit. Wesseling. pag. 400., alias 307. Has autem litterarum Cadmearum forma incisas, τὰ πολλὰ ὅμοια ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι, *magna ex parte consimiles Jonicis*, & quidem tripodibus quibusdam inscriptas, se se apud Thebas Boeotias in Ismenii Apollinis templo vidisse, eas vero circa Laii, Cadmi pronepotis, aetatem positas fuisse, id est, generationibus tribus, vel annis circiter centum post a Graecis acceptas litteras, ibidem testatur scriptor Halicarnasseus. Istis autem epigrammatis nihil esse litterarum apud Graecos vetustius, doctos viros adnotasse, alibi observavi.

An vero ex prolato Herodoti loco cum Cl. Montfaucono, *Palaeograph. Graec.* lib. II. Cap. I. pag. 116. Jonica inter & Cadmea, sive Phoenicia elementa, Iliaca etiam ante tempora quicquam intercessisse discriminis, colligendum censemus? A doctissimo Benedictino illud asserente, Josephum autem Scaligerum loc. superius citato, repugnantem castigante, quantumvis ipse ille auctoritate praestet, mihi temperare non possum quin dissentiar.

Enim vero Halicarnassei scriptoris verba si per-

monem collationem instituendam sumit, ut hunc non minus ab altero, quam ipsam illam Phoeni-

pendamus, quum Cadmeas tripodibus incisas commemorat litteras, easque magna ex parte Ionicis dicit similes, non alias atque alias profecto intelligit Ionicas ab ipsis, quibus sua tempestate, publica saltem inscribebantur monumenta; quae tamen Ionicae litterae a prisca illarum forma plus minusve deflexissent, quae esset Cadmearum. Inscriptiones igitur in Ismenii Apollinis servatae templo, quin delineatae Cadmeis characteribus fuissent, nullus dubitandi est locus.

At quum Ionicarum litterarum, dum haec memoriae mandabat Herodotus, pleraeque essent, quarum forma vetus nondum obsolevisset; aliae vero flexibus suis nova lineamenta induissent atque formas; has cum illis conferens ille idem scriptor inter se aliquantum dissimiles rectissime asseruit. Neque ulla alia hujus rei ratio videtur esse. In tanta autem harum inscriptionum vetustate, illis quam maxime proxima aetatibus, quibus Cadmus ipse Phoenices que socii, ut Herodoto teste ante constitit, Graecos & doctrinis erudivissent & litteris, Cadmeam scripturam a prisca, Graecis ipsis id temporis recepta, jam defecisse, vix credibile est. Accedebat, ut veteres iidem Graeci, sive Ἕλληνες, si tamen tunc aetatis ea vocarentur appellatione, (quod veterum testimonio iure negat Claud. Salmasius, *De Hellenistica Commentar.* part. II. cap. I. edit. Lugd. Batav. 1643. pag. 274. seqq.) modis loquendi iisdem uterentur atque institutis, quae Phoenicismum plane resonarent.

Neque est praeterea existimandum inscriptiones veteres, de quibus est quaestio, illa sermonis Graeci integritate fuisse expressas, qua eas tradiderit Herodotus. Qui ergo ad antiquissimam scripturae ratio-

cio-Poenorum dialectum ab matrice lingua descivisse Hebraeorum,doctissimus Antiquarius confi-

---

nem & dicendi modum, sed a Graeca lingua nequaquam alienum, revocare easdem tentant, ut Cl. Iohan. Bouhierius, qui earum primam exposuit, *Ad Scip.Maffeium Epistola*, quae in *Antiquitt. select. Galliae* ejusd. Maffei legitur pag.187., hi mea quidem sententia nihil concludunt. Id enim aetatis, qua posita eadem fuerint monumenta, & Cadmeis litteris, immo & lingua, a Phoenicia dialecto nullatenus abhorrente, inscripta fuisse, non video quae afferri ratio posset, quare secus censeremus. Certe id quoque temporis Graeci plane erant βαρβαροφώνοι, seu barbara utentes loquela & longe alia quam Graecus est sermo. Uno verbo, quamvis omnia, quae vel transcendunt, vel attingunt Iliaca tempora, incertissima sint, ut est a Cl. Alex. Symmacho Mazochio in *Prodromo ad Aeneas Tabulas Heracleenses*, diatrib.I.sect.III.cap. V. pag. 24. observatum; nihilosecius *iis etiam aetatibus*, eodem auctore, *non dum Graecanici quidquam, sive linguam, sive instituta spectes, revera constiterat*; *quia*, subiungit ille, *quae postmodum* Ἑλλάς, *sive Graecia fuit, erat mera Barbaria*; *nec tum aliae quam Phalegicae Dialecti*, nimirum a Phoenicia, vel omnino ab Oriente arcessendae.Quam in rem adeundus D.Ianuarius Sixtus, *Trattato delle quattro Dentali, o siano Sibilanti* pag.28. seq. 333. seqq. 350. seqq. 390. & seq.

Quod si Iosephus Scaliger, cum epigrammata Herodotea Cadmeis contendit descripta litteris, aliquid peccavit; in eo uno peccavit, quod has inscriptiones ad Phoenicium scribendi modum, sive ad Cadmeorum characterum formam, aetate Laii exactas referens, easdem tamen, quibus exaratur inscriptio Ionica Baudelotiana, nunc Farnesiana, litterarum prorsus similes descripserit. Quas postremas certe inscriptas litteras;

denter pronunciet. Cui quidem eruditi viri παραδόξῳ totam & Hebraeorum & Phoenicum &

---

paucissimis exceptis, a vetustissimis Ionicis, seu Cameis multum differre, tam certum esse, quam quod manifestum, in Diatriba nostra pag.300. seq., alias 76. seq.not. scripsi. Illa namque remotissima tempestate, qua positas in Ismenii Apollinis templo inscriptiones adserit Herodotus, unum solum Cadmeum, sive Graeci, sive Ionici vocetur nomine, et sane antiquissimum, in usu fuisse alphabetum, est ab Cl. Eduardo Bernardo, in sua *Orbis eruditi literatura a Charactere Samaritano deducta* (Oxonii 1689. primum edita, plurimis postea supplementis a Cl. Carolo Mortono adaucta a Londini 1759. vulgata, tabul. I., recte constitutum. Atqui in hac amplissima tabula, cujus exemplar aliquot ab hinc annis Eminentissimus Cardinalis Borgia ad se Londino transmittendum rogatu meo perhumaniter curavit, idem Cadmeum alphabetum ab anno ante Christi natalem minimum obtinuisse, ut eruditorum communis fert opinio, doctissimi viri Bernardus & Mortonus persuasum habent.

Verum ne longius digrediar, mitto plura de Herodoti iisdem monumentis, quae docti viri exposuerunt, dicere. Equidem arbitror satis a me esse dilucide demonstratum, cujusmodi ipsa illa essent scripturae. Quum vero illarum, quae interciderint, inscriptionum Graecarum nullam observemus, quae vetustissimis Cadmeis, prout priscum alphabetum Graeco-Phoenicium postulasset, solummodo constiterit litteris; contra vero, si pauca, quibus vetustiores epigraphae signantur, demas elementa, illam litteraturae omnes sequuntur normam, quae tum in scribendi, tum in dicendi modo posterioribus obtinuerit aetatibus; statuendum pro certo est, etiam antiquissima ejus generis monumenta longe recentiora bello Trojano esse, poni oportere.

Graecorum & Latinorum rem litterariam apertissime reclamare, quis nisi ejusdem rei vel nescius, vel oblitus non intelligat?

Neque id est dubium, uti plane evincunt vetustissima epigrammata, quae in Diatriba passim indicavi, quaeque accurate recenset Cl. d' Ansse de Villoison *Anecdot. Graec.* Tom. II. pag.169.not.1. Vid. & ejusd. indicem ad voc. *Inscript.*: de quibus quoque adeundus vir eruditus Michael Ardito in praeclara sua commentatione, italice inscripta: *Illustrazione di un antico vaso, trovato nelle ruine di Locri. Neapoli* 1791. §.x. seqq. XXVIII. pag. 13. seqq. pag. 61. seq. Qua postrema pagina vetustum lapidem ex effossionibus recens erutum Locrensibus, Palm.Neapolit. altum duorum, latum vero unum & paullo amplius, sed capite mutilum, cujus epigraphe haec est, quam scriptura describam recentiore = *Θιμάδας, ϗ Ἐυκέλαδος, ϗ Χείμαδος ἀνέθεκαν ταἱ* (sic) *Θεοὶ*: id est eodem interprete, *Timada*, ed *Eucelado*, e *Chimado posero* (il monumento) *a questa Dea*, seu *Timadas & Eucelados & Chimados* posuerunt monumentum *huic Deae*; scilicet Proserpinae dicatum,uti Cl.auctor conjicit, ob cultum eidem Deae a Locrensibus tributum.In qua epigraphe vetustissimas litterarum Graecarum formas in ejus generis monumentis obvias exhibente, illud est singulare,quod *τῦ χείμαδος* primum elementum, nempe χ, *τὸ Schin* Ѱ Phoenicium clare repraesentet. Tametsi ex hujus litterae forma vetere Phoenicia, an Locrensem *ἐπιγραφὴν* ad remotissima esse referendam tempora liceat arguere, definire non auderem. Nam antiquissimas, quae olim fuerint, litteras recentioris aevi lapidibus insculptas observari,& quas aetas posterior suis in monumentis passim admisit; has aliquando in antiquioribus marmoribus veteres etiam adhibuisse, compertum est. Quod sane veluti firmissimum rei lapidariae canonem cum Cl. Scipion. Maffeio, *Art.Critic. Lapidar.* lib. III,

Sed nescio quomodo sunt qui errare malint, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugna-

---

cap. I. can. II. illustris Princeps de Torremuzza, Gabr. Ludov. Castellus in suis *ad Siciliae....& vet. inscript. novam Collectionem* Prolegomenis, pag. XLVII. adserere & quidem optime non dubitavit.

Sed qui Graecorum veterum primi exstiterint priscarum Cadmearum litterarum mutationis auctores, vel novis signis inventis eas ornandas susceperint; video hac de re esse e doctis nostris hominibus multos, qui in diversas abeant sententias. Palamedes quidem Trojanis temporibus clarus; duo postea, sed aetate multo inferiores, celebrantur, ut Simonides, ut Epicharmus. Hunc circa Olympiadem LXXVII., illum ad LXXIII. I. hoc est, an. ante Christum circiter 467. & 486. floruisse, plures sunt qui tradant. In litteras vero ipsas quemque eorum aliquid contulisse fertur, sive mutando, sive alias elementorum formas adjungendo, sive, ut de Callistrato, Samio, belli Peloponnesiaci tempestate, ante Christum natum 450. claro, proditur, sive novum demum, immutato litterarum ordine, adjectis, quae vocantur, ἐπίσημοις, quasi *addititiis signis*, non ut characterum symbolis, sed numerorum; alphabetum & quidem XXIV. litterarum, quod receptum deinceps fuerit, perficiendo Graecorum. At quarum nonnullas a Palamede repertas qui pugnant, alii a Simonide earum aliquas excogitatas contendunt modo; modo illud Epicharmo, quem multi Siculum faciunt, laudi dant, quod ipsas invenerit. Neque vero recens haec controversia est; de qua consuli scriptores possunt, quorum plures saepe alias & hac ipsa quoque adnotatione enumeravi. Adde J. Albert Fabricium, *Biblioth. Graec.* Tom. I. cap. XXII. §. II. lib. II. cap. XV. §. LV. cap. XIX. & Gottl. Christoph. Harles ad ejusd. J. A. Fabr. *Bibliothecae* edit. novae supplemen-

cissime defendere, quàm sine pertinacia quid constantissime dicatur, exquirere. Ac si ma-

---

ta, loc. cit. Tom. I. pag. 201. seq. Tom. II. pag. 145. seq. = Cl. Ianuar. Sixtum in Italico libro ante laudato, passim = Cl. Ludovic. Dutens, *Paléographie Numismatique*, in ejusdem *Explication de quelques Medailles Grecques & Phéniciennes*, edit. II. pag. 167. seqq. = Joan. Daniel. a Lennep, *De Analogia linguae Graecae*, cap. II. pag. 31. seq. edit. Trajecti ad Rhen. 1790. Caeter.

Atqui ex ipso Phoenicio alphabeto quas litteras Graeci post sibi adsciverint, earum, exempli caussa, quas vocant *Duplices*, uti Z, vel ζ, Ξ, aut ξ, & Ψ, seu ψ, quae non aliae sunt quam consonantium δς, vel σδ, κς, γσ, χσ, & πς, seu βς, φς, colligationes, non est quod disputemus. Totus hac in quaestione est Cl. Ab. Jan. Sixtus, libro cit. digno sane qui consulatur. Ego vero *Aspiratas* Phoenicias diverso deinceps modo pro variis dialectis Graecos enunciasse crediderim, easque efformasse, prout eorum sermo & novis in dies augebatur vocabulis & venustatibus ornabatur suis. De quibus & Graecorum & Phoenicum, sive veterum Hebraeorum inter se collatis litteris, praeter Samuelem Bochartum in *Channan*, seu part. II. lib. I. cap. XX. pag. 491. seq. & Bernard. de Montfaucon, *Palaeograph. Graec.*, laudatum Cl. Sixtum conferendum existimo, qui in hac Palaeographia eruenda accurate atque diligenter, si quis unquam fuit, versatus est.

Est porro bene animadversum ab d'Ansse de Villoison, loc. ante cit. pag. 125., Graecos quo antiquiores fuisse, eo propius ad scripturam ipsam accessisse Phoenicum. Usque ad tempora vero Archontis Euclidis, Olympiade XCIV. ½, ante natalem diem Christi anno circiter 364, nullis aliis nisi antiquis Cadmeis litteris, sed sexdecim tantum numero, usos esse Athenienses, ex *Syriani Commentario in Hermogenem* ob-

Digitized by Google

gnum quidpiam Cl. Josephus Eckhel afferret, quod a doctis hominibus in Phoenicum litteratura

---

servat Cl. vir Ricardus Chandler, *Inscriptt. antiquar.* part. II. pag. XIII., a quo tempore eosdem Athenienses viginti quatuor habuisse elementa ibid. scribit. Idque jam notaverat J. Alb. Fabricius, *Biblioth. Graec.* Tom. I. lib. I. cap. XXIII. §. II. pag. 147. Cujus *Biblioth.* novam edit. confer Ab Cl. Harles vulgatam, Tom. eod. pag. 198—201. not. *d.*)

Mihi quidem a tantis viris in hanc de numero tantum XVI. litterarum opinionem euntibus si dissentire liceat, illud brevi dicam: eruditos, qui litteras recentiores, exempli loco, *Adspiratas* ϑ, φ, χ, ab ipsis Graecis, inventas voluere, quantum ego video, non satis attendisse animo, illas easdem sub alia quidem forma & multo posteriori aetate, vetustiorum in Phoenicio diagrammate primitus apparentium, uti 𐤈, 𐤐, 𐤒, Hebr. ט, פ, ק, quaeque jam inde ab ultimis temporibus Hebraea gens constanter servavit, vices revera explevisse elementorum. Plura de caeteris, quas a prisco Hebraeo-Phoenicio alphabeto exulatum pugnant litteris, uti 𐤆, 𐤎 & 𐤑, Hebr. ז, ס & צ, disserere possem, quae cum alio Diatribes nostrae loco jam exposuerim, lubens praetermitto.

Quamquam nimis fortasse multa me de Graecorum litteris dixisse videor, viri tamen doctissimi verba ab sententia nostra haud multum, ut opinor, aliena, licet paullo longiora, huic exprimere juvat. „ On „ sait, ait ille, que l'ancien alphabet des Grecs comme celui des Phéniciens se terminoit au *Tau*, & que dans la suite on y ajouta l' *Upsilon*, le *Phe* & le *Psi* „ On a supposé que de simples particuliers avoient eu „ le crédit d' y introduire successivement ces lettres. „ Mais la diversité des sentimens sur ces prétendus in- „ venteurs, prouve assès combien tout ce qu' on di-

cum laude versatis, non fuisset observatum animadversumque constaret; non utile solum id

„ soit de leur découverte, étoit incertain, & que c'est
„ l' usage seul qui a pu enrichir l' alphabet des Grecs
„ des caracteres dont il avoit besoin. Il faut même
„ observer que quelques-uns de ces nouveaux caracte-
„ res ne peuvent étre que des MODIFICATIONS d' au-
„ tres lettres plus anciennes: par exemple il est à pré-
„ sumer que la lettre *Kappa* comme le *Cap* des Hé-
„ breux se prononçoit quelquefois avec aspiration,
„ & quelque fois sans aspiration, & que les copistes,
„ pour marquer cette différence se contenterent d'écar-
„ ter les jambages du *Kappa* & en formerent un X,&c.„
Haec Clarissimus Barthelemy inscriptionem vetustissimae aetatis Amyclaeam ab Stephano Fourmont Amyclis repertam, commentario illustrans, *Mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions* Tom.XXIII.pag.420. seq.Quo loco Cl.Gallus ostendere pergit,quod de multis antiquissimis paullo ante demonstraverat epigraphis, apud vetustissimos Graecos τὸ Υ, *ypsilon*, a forma τῦ *Omicron* non discrepasse. Quod etiam dicendum de τῷ π collato cum τῷ פ Hebraico, ab Cl. d' Ansse de Villoison, loc. cit. pag. 122. apposite observatum video. Cujus confer adnotation. 2. pag.126., vide & pag. 170.

Quum autem, uti ante dixi, illa tempestate, qua Phoenices in Graeciam suas invexere litteras, Graeca ipsa lingua adhuc cruda atque maxime inculta, non dicam longe, sed quam proxime ad Hebraicum, sive Phoenicium sermonem accederet, qua in sententia doctissimos viros non sine ratione versari, alibi adnotaveram; nihil profecto fuisset caussae, quare Graeci tunc aetatis de Phoeniciis aliquot elementis, veluti prolatu asperioribus, rejiciendis cogitassent; alia vero & sono dulciora & suis loquendi modis accommodatiora invenissent. Quid enim nonnullos Cadmeos rejecis-

Digitized by Google

quidem nobis fuisse futurum; verum etiam Vindobonensi Antiquario, eximiarum artium instru-

---

sent characteres, vel eis opus fuisset novis aliis litteris, ut pote qui lingua, eandem ipsam Phoeniciam dialectum adhuc resonante, tum loquerentur? Eo tamen totum recidit, quod eruditissimus Ludovicus Dupuy, Academiae Regiae Parisiensis inscriptionum & bonarum litterarum non multis abhinc annis perpetuo a secretis, quem praestantissimum virum sine honoris caussa numquam nominabo, huic meae sententiae de integro Phoenicum litterarum alphabeto vetustissimis Graecis tradito, opponendum perhumaniter censuit, *Journal des Savans*, mens. Novembr. 1781. pag. 2161. seq. edit. Paris. in — 12mo. Quod vero de ipsis Hebraeorum & Phoenicum priscis litteris, quas jam inde ab omni antiquitate XXII. fuisse numero nostra in Diatriba sat copiose disputavi, ille idem Cl. vir post Edmund. Chishullum & J.B. Bianconum, secus sentientes ibidem paucis attingit; non est cur eadem de re rursum disseram, ne actum agere videar. Qua quidem in sententia eo me magis confirmatum puto, quod apud nonnullos doctos homines aliter disputantes, nihil prorsus legerim, quod illam aliquantulum infirmaret. Immo etiam Voluminum Sacrorum Hebraeorum sanctitas facit atque auctoritas, quemadmodum suo loco exposui, ut nec transversum unguem, quod aiunt, ab hac unquam recedam sententia. Quamquam & illud dubio vacat, apud Hebraeos quoque ac Phoenices litteras, ut fere fit, usus tractatione & progressu longinqui temporis a primigenia forma, sed per multam aetatem utrique genti recepta, paullo descivisse; easque demum induisse figuras, quas in hodiernis, quibus utimur, Hebraeo-Chaldaicis litteris atque in monumentis, quae interciderint, deprehendimus Phoenicio-Punicis.

ctissimo, grates esse agendas habendasque & sane maximas, neminem quempiam, si modo est

---

Quoniam de litteris dixi, quas & Graeci Latini diversis varie usurparint aetatibus; de dicendi genere pro diversitate temporum apud eosdem aliter aliterque usu recepto, mea instituta postulat ratio, ut non modum faciam, quin heic nonnulla quoque adnotem, uti initio proposui. Est hoc quidem argumentum amplissimum. Sed tamen est illud omnino conferendum in pauca. Vereor enim ne tibi, STEPHANE BORGIA Cardin. eximie, nimis longa hac adnotatione molestus fiam.

Quod autem non idem semper & Graecorum & Latinorum singulis temporibus fuerit dicendi modus, quantumque ab vetere sua immutatus barbarie planeque inculta loquendi ratione, in qua diu jacuit, ad illam castitatem devenerit ac puritatem sermonis, quam tot saeculis Graeci praesertim tenuere; non ex claris solum, quibus Graecia & Italia multum floruere, scriptoribus, verum etiam ex utriusque gentis inscriptis vetustissimae aetatis ab eruditis viris in lucem emissis monumentis, tam late patet, ut illud ipsum demonstrare velle supervacaneum videretur.

Ad Latinum vero quod pertinet sermonem, quidquam observemus oportet. Quocirca Polybium audiamus, quem ab Olympiade CXLIII.4.ad CLXIV.2., sive ab anno ante natum Christum 205. ad usque 123. vixisse scimus. *τηλικαύτη ἡ γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε διαλέκτου, ϗ παρὰ Ῥωμαίοις τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν*. i. e. *Tanta namque diversitas est etiam apud Romanos, qua nunc utuntur, dialecti, ab illa veteri, ut mente sagacissimi aliqua vix studio explicare* queant. Haec ille *Historiarum* lib.III.cap. 22. edit Amstelod. 1676.Tom. I. pag. 245., de verbis loquens, quibus primum foedus Carthaginienses inter & Romanos ictum, Junio

harum litterarum studiosus, fore censeo, quin dicat. Sed quum ille, vera falsis involvens, ea

---

Bruto & Marco Horatio, primis post exactos reges coss., ab Urbe condita 245.ante Christum 509.erat expressum. Confer Titi Livii locum hujusce adnotationis pag. 46., indicatum, quo loco Latini sermonis tunc aetatis usurpata verba, PRISCA appellat. Tempore etenim, quo ipse scribebat, in desuetudinem ea vocabula abiisse, recte observatum video ab Ioanne Swinton, *De Priscis Roman. litteris* §.1.pag.3.seq. Confer Isidori Hispalens. *Originum* lib. IX. cap.I.

Hanc autem de qua allato loco sermonem facit Polybius, Latinae linguae intelligendae difficultatem, Romanos etiam doctiores aliquot post saeculis animadvertisse, non est dubitandum. At labi mihi videntur Joan. Bodinus in *Methodo ad facilem Historiarum cognitionem*, edit. Lugdun.1583. cap.IX. pag. 354. & Paul.Maria Ogerius, *Graeca & Latina Lingua Hebraizantes*, cap.VII.pag.83. quorum alter scribit, anno minus quinquagesimo, alter vero anno minus centesimo, quam initum primum illud foedus inter Poenos fuerat & Romanos, verba ejusdem foederis vix intelligi potuisse. Quod sane a me prolato ipsius Polybii, quo ii nituntur, testimonio nequaquam firmatur. Quid igitur? Gentemne, quaecumque ea sit, vel quinquaginta, vel centum annorum spatio linguae a suis acceptae patribus ferme oblivisci dicemus posse? Id equidem aegre crediderim. Atque haec ego ab iisdem eruditis viris ex Polybio indiligenter reddita cum indico; illud tamen vero magis consentaneum eos observasse praeterire non debeo, carmina videlicet, quae veteri formula in Sacris canebantur, a paucissimis Romanorum fuisse intellecta. Quod de ipsis carminibus, sive Saliorum versibus per Urbem cum tripudiis decantatis, sed *vix a Sacerdotibus suis* propter vocabulorum vetu-

Digitized by Google

opponat, quae Phoenicio-Punice inscriptis, quibus linguae, de qua est quaestio, indoles nobis

---

statem *satis intellectis*, Quintilianus, *Institut.Orator.* lib. I.cap. VI. pag. 65. edit Lugd. Batav. 1665. memoriae prodidit. Confer Joseph. Scaligeri *Conjecturas in libr.* VI. *Varronis de Lingua Latina*, ad extrema ejusd. Varronis Opera omnia &c.edit.Amstelod.1623.pag.116.

At argumentum doctis cognitum quum ad institutum minus pertineat, non arbitror mihi eo esse amplius immorandum. Nunc vero modum faciam necesse est; id unum agens, sicuti mea proposita postulat ratio, ut ad illos remittam scriptores, qui de hujusce linguae & ipsius Graecae vicissitudinibus, quas jam usque a primis suis subierint initiis, pertractarunt. De Latino quidem sermone consulendum Jacobi Facciolati *Commentariolum de ortu, interitu & instauratione linguae Latinae ac de ejus scriptoribus ad saeculum usque* XVII.,inter ejusd. *Orationes* Patavii anno 1729. editas, pag. 387-412. idemque ante recensitum a Jo. Georgio Walchio, Lipsiae 1715 = Adeunda quoque ejusdem Walchii eruditissima *Historia Critica Linguae Latinae*, *multis accessionibus auctior*, edita Coloniae 1734., in-8vo., ubi toto capite primo, linguae originem & fata complexo,auctores plures doctos enumerat hanc in rem disserentes. Adde & Daniel. Georg. Morhofium in *Polyhistor. litterar.* Tom.I. lib.IV. c.IX. = Carol du Cange du Fresne, Praefation. *Glossar. ad Scriptor. med. & infim. Latinitatis* §. II. XIII. XVI. Caeter.

Restat ut aliquos item indicem scriptores,qui quae ad Graecae linguae, ut ita dicam, infantiam, adolescentiam, virilem aetatem ac senectutem attineant, tractanda sibi sumpserint. Hos inter habendus est Laurent. Ingewaldus Elingius in *Historia Graecae linguae cum Praefatione Adam. Rechenbergii*, Lipsiae 1691. in 8vo. Qui auctor in prioribus paragraphis, praemissis nonnul-

certe innotescat, repugnare monumentis perspicuum per se est & pluribus a doctis viris declara-

---

lis, quae ad linguae historiam parum, vel nihil facere videantur, quae tamen ad ejus prima initia & quasi infantiam nos aliquo modo ducant, argumentum suum §. XVII. pag. 72. seqq. aggreditur explicandum; in sequentibus autem paragraphis, sive capitibus ita illud prosequitur, ut viros clarissimos, quos Graecia protulit, quibusque in omni genere disciplinae nihil defuit ad eruditionem, illos vero in dicendi praesertim facultate plane insignes, commemoret. Qua autem ratione Graeca lingua postquam tanta coepisset incrementa atque adolevisset, ac longe lateque per orbem terrarum diffundens sese, sic invaluisset, ut inferiori deinceps aetate, Barbarorum irruptionibus senilem quemdam squalorem induerit, §. XLVI. seq. pag. 221. seqq. LXX. seqq. pag. 317. seqq. Elingius ostendit. Subacta tandem sub Mahometo II. Constantinopoli, anno 1553. cum in Graecia in primis litterarum bonarum & artium omnis splendor periisset atque dignitas; quo modo tamen per doctissimos viros id temporis in Italiam profugos disseminatae Graecae litterae, indeque in Occidente earumdem celebrarentur studia, §. LXXIII. seqq. pag. 326. seqq. Auctor exponit. Nonnulla autem ut leviter attingit Elingius, conjecturisque interdum suis indulget; sic & alia, quae linguae Graecae historiae amplioris magis propria sint, praetermittit; quemadmodum ab *Actorum Eruditor. Lipsiensium* Cll. Auctoribus, qui librum recensuere, mens. Maii an. 1691. pag. 220—223., fuit merito animadversum. In caussis certe corruptae linguae Graecae indicandis nimis parcus Elingius est; in quibus vero enarrandis quantus fuerit ante laudatus Cl. du Cange, ex ejusdem Praefatione *Glossarii ad Scriptores mediae & infimae Graecitatis* §. III. seqq. satis norunt eruditi. Sed ut rem de-

tum; non iniquo ferat animo, si bona ejus venia, quantum ego possum, illud defendendum suscipiam, secus atque is ipse, minus integre quam veri amatorem decet, de hac Phoenicum litteratura scripserit.

Habent profecto atque habuere sua fata & linguae & litterae. Utcumque vero res sit, ex

mum concludam, praeter Morhofium, loc. cit. cap. VI. §. 3. pag. 774. seq. & not. y) ubi Eilingium, etsi dilingentiae laude non privandum, Rudbeckii tamen aliorumque popularium hypotheses secutum erroneas, litterarumque Graecarum origines a Runis Gothorum repetentem non immerito perstringit; de hoc argumento conferendus Theophilus Christoph. Harles, *Introduction. in Histor. Linguae Graecae*, Prolegomenor. §. 3. seqq. pag. VI. seqq.

Erunt fortasse, quibus, quae de utroque sermone & Graecorum & Latinorum, nimium quantum aliquot post aetatibus ab suis deviante fontibus, deque eorumdem litteris suas vicissitudines item passis, hactenus animadverti, parum probabuntur; quod haec copiose adnotando ac evolvendo, eo progressus fuerim, ut a meo me proposito, quod unum ad sermonem spectaret Phoenicum, res ipsa abduxerit. At hi, qui id mihi vitio dandum arbitrabuntur, quibusque nostra nimio fusior videbitur disputatio, velim considerent veniendum mihi ad idem argumentum fuisse, quò quam esset abnormis, ut nihil gravius dicam, ab Cl. viro Eckhelio prolata, de qua initio dicebam, comparatio, quantique facienda esset, magis magisque demonstrarem. Quamobrem hi haud gravate ferent, opinor, si quae praeterea habeo animadvertenda, ut quo Cl. Antiquarius Vindobonensis utitur, occurram perfugio, ea proxime sequentibus, uti soleo, exponam adnotationibus.

quibuscumque tandem caussis, quae variae sunt (1) atque multiplices, linguarum immutationes totque dissimilitudines oriantur; hoc ego tamen certum existimo, Phoenicio-Poenorum linguam, quantasvis in coloniis subierit vicissitudines, nativam suam numquam amisisse indolem; cum Orientis vero dialectis, ut superius observabamus, magnam perpetuo retinuisse conjunctionem.

Haec autem, quae de Latinorum & Graecorum praesertim litteris, non una semper atque eadem ratione habitis, deque eorum sermone, temporis decursu, nimium quantum immutato erant dicenda, in subjectis adnotationibus nostris paullo amplius declaranda censuimus. Age ergo, quum res eo modo jam disputata habeat sese; qui Ancyranas Latinas sex Tabulas (2) marmoreas, Caesaris Augusti gesta summatim referentes, easque paullo post Caesaris obitum ab Ancyrana exaratas civitate, Graeci unius sermonis praesidio ad interpre-

(1) Confer Joan. Bodini *Methodum*, superius indicatam, *ad facilem historiae cognitionem*, cap. XIV. pag. 353. seqq. = Cl. virum Court de Gebelin, *Monde primitif*, . . . *ou Origine de langage*, tom. III. lib. III. cap. I. & II. pag. 142. seqq.

(2) Has rursum edidit Edmundus Chishull in suis *Antiquitatibus Asiaticis*, edit. II. Londinens. anni 1728., quasque pag. 181. seqq. eruditis adspersit adnotationibus.

tandas versaret animum, is ipse profecto, quantumvis Graece doctus, operam luderet. Similiter ille idem faceret, ac si quae Galli nostri lingua sua litteris tradiderint, ex Graeca etiam aggrederetur explicanda; quod in illorum Scriptorum (1) esset sententia, qui Graecae linguae propaginem esse Gallicam existimarint. Illud porro Cl. Vindobonensi Antiquario equidem dabo, esse Graeci sermonis cum Latino quandam affinitatem. Neque me latet, esse doctissimos viros, qui Latinae linguae origines longe maximam partem e Graeco fonte esse repetendas pugnent (2), quibus certe nolim refragari. Nullam

(1) Confer Joachimi Perionii, Benedictini Cormoeracensis, *Dialogorum de Linguae Gallicae origine, eiusque cum Graeca cognatione libros quatuor. Ad Henricum Valesium Gallorum regem.* Paris. 1555. in 8vo. Idem argumentum aliquot post annis tractandum suscepit Henricus Stephanus in illo opusculo, quod suppresso nomine, nullaque & loci & anni signatum nota, Parisiis edidit anno 1569. in 8vo. Liber autem inscribitur = *Traicté de la conformité du langage François avec le Grec.*

(2) Id certe quaestionis genus nemini cuiquam novum videbitur. Enim vero multa ex Graecorum lingua in suam derivasse vidit M. Terentius Varro, quo, Lactantio judice, *Divin. Institutt. de Falsa Religione*, cap. VI. pag. mihi 23., nemo unquam doctior, ne apud Graecos quidem, ne dum apud Latinos vixit. Viderunt & alii eruditi veteres ipsi Romani; quod animadversum in primis ab Thoma Gatakero est, *Dissertat. de Novi Instrumenti Stylo cap. 1. Operum Critic.* Tom. I. Trajecti ad Rhen. 1698. col. 2. Quo loco doctum Anglo-Lon-

Digitized by Google

praeterea esse linguam nostra quoque patrumque memoria usurpatam arbitror, quae aliquot

dinensem eo adductum reperio, ut in istam ingrediatur sententiam, quae sic statuit; videlicet,, Sumas, inquit, ille, quemcumque volueris Autorem Latinum,
,, vix lineam aliquam deprehendes, in qua voces plu-
,, sculae non occurrant, quae Graecam originem non
,, redoleat tantum, sed palam praeferat,,. Qua in re ut specimen nobis aliquod det, col.3. Virgilii *Bucolicor.* Eclog.I. *Titire tu patule*, &c. priores versus quinque, vocabula viginti quatuor complexos, profert, quos ita esse dicit, ut vix una aliqua sit vox, quae NATALES GRAECOS aperte non indicet. Sed ipsius Gratakeri non propria fuit ea sententia, quam a duobus tribusve saeculis inter eruditos homines usque ad nostram viguisse aetatem comperio. Ad Latinae autem linguae origines ex Graecis potissimum ducendas fontibus doctissimi exstiterunt viri, qui cogitationes suas contulere. Etiamsi quod voluerint, non fuerint semper assequuti; probandi tamen sunt; quia scilicet ad id studiose contenderunt. Quos doctos viros cum memoria colligo, uti Jul. Caesar. Scaligerum, Claud. Salmasium, Isaac. Casaubonum, Gerard. Joan. Vossium, Jacob. Perizonium, Tiber. Hermsterhusium, Alexium Symmach. Mazochium, David. Ruhnkenium caeterosque, quorum nomina & lucubrationes singillatim recensere longum sane esset: horum & aliorum, inquam, praeclaros conatus, dum complector animo, facile a me impetro, ut hac in facultate etymologica invenisse perplura existimem, quae ad Latinorum verborum veras inquirendas origines, easque analogica ratione ad Graecos fontes revocandas haud parum conferant. Assiduo namque Latinae linguae atque Graecae usu & diuturna exercitatione quid hoc in studii genere consequi non possumus? Tametsi in iis, quae de hoc vulgata hactenus sunt argumento, vereor ne sint, quibus prope infinita

Digitized by Google

saltem antiquissima, immo & primigenia vocabula ab Hebraico praesertim fonte derivata, vel

apparebunt, luminis quidem aspersa ingenii &, quantum res patitur, satis erudita; quae nihilosecius in lubrico atque instabili saepe locata fundamento videbuntur. Adeo periculosa res est & anceps, in qua facile labi atque errare contingat.

Id ego autem non eo scribo, quò eruditissimos hosce labores minimum vocare in invidiam velim; de quibus profecto cupio omnes bene sentire. Verumtamen doctorum hominum, qui hac in etymologica illustranda disciplina operam suam collocavere, si ipsos conatus cum aliorum eruditorum conferamus egregiis laboribus, qui de Hebraicae linguae originibus, ope dialectorum Orientalium detegendis aperiendisque disseruerunt; quanto promptior expeditiorque immo & verior ac certior fiet via ad analogiam, eamque intimam & nativam assequendam, quae inter hujusmodi dialectos, uti Syriacam, Chaldaicam, Arabicam, Phoenicio-Punicam, aliasque, uti Samaritanam & Aethiopicam, necessario intercedit & Hebraicum sermonem, earum communem parentem?

At haec ego quidem non inani conjectura fretus, sed linguarum istarum propria indole atque ingenio ductus, existimo. Enim vero sive Hebraicum sermonem unum omnium primum admittamus, ut plerique doctorum virorum sentiunt, sive eundem ipsum caeterasque Orientis linguas,illius vetustissimae, qua antediluviani per XVI.ferme saecula uti consuessent, tanquam dialectos habeamus; vel ex iisdem ortas dicamus eas, quae post Confusionem Babelicam obtinuerint; quis unquam nisi cavillando negabit, tam arcte has sibi invicem cohaerere,ut in earum disquirendis originibus ad unum communem fontem, Hebraicum nempe, reduci tanto facilius possint, quanto difficilius sit verborum omnium Latinorum profundas ac retrusas perve-

alia plura ab caeteris linguis non fuerit mutuata. Nihilominus, quantacumque affinitas

stigare origines, eorumque maximam partem ex sermone interpretari ipsorum Graecorum.

Quod vero de illis linguis dixi, ad Hebraicae linguae fontes revocandis, & cujus vetustas certe reliquias multas in alias Orientis disseminatas dialectos videmus, si quis unquam dubitet; is tot grammaticas earumdem linguarum adeat institutiones a doctis viris vulgatas, quas recenset Jo.Christoph. Wolfius, *Bibliothecae Hebr.* part.II.pag.600.seqq.part.IV.pag. 301. & 302.;illa praeterea ab Jo. Henr. Hottingero, Jo. Friderico Nicolai, Valentino Schindlero, Edmundo Castello &c. hanc in rem edita Lexica consulet; is, inquam, intelliget quo consensu, qua harmonia, una, ut ita loquar, canentes singulas hasce linguas incedere. Quanta autem nostra hac aetate, Hebraeo Sermoni ex iisdem Orientis dialectis lux accesserit, hoc palam faciunt quae Samuel Bochartus, quae Albert.Schultensius, quae Nicol. Guil.Schroederus, quae Cll. viri Schnurrer & Jo.Bapt. de-Rossi de hac litteratura maxime meriti aliique multi de hoc nobilissimo pertractarunt argumento, tacitus praetermittenda censeo, quippe litteratis viris bene cognita. Cui enim doctorum hominum, hisee egregiis studiis dedito, ex quibus Sacrae Litterae tantum decus ceperunt atque ornamentum, innotescat Alberti Schultensii,*Origines Hebraeas, hoc est, Hebraeae linguae antiquissimam indolem ex Arabiae penetralibus revocatam*; rursumque edit. Lugduni Batav. 1760. in 4to, adjecta ejusd. *Oratione de defectibus hodiernis linguae Hebraeae*? Quem praeterea eruditorum lateat Jo. Schultensii, Alberti filii, *Dissertatio de utilitate Dialectorum Orientaliam ad tuendam integritatem Codicis Hebraei*? quaeque habetur in *Sylloge Dissertatt. Philologico-Exegiticarum a diversis Auctoribus editarum &c.* Leidae & Leovardiae 1772.part.I.pag.331—439? Alia opera con-

Digitized by Google

illa esse ponatur, quinimmo utriusque Graeci & Latini idiomatis cum Hebraico sermone,

---

sulto missa facio recensenda, quibus harum dialectorum usu & ope, ad Hebraeam linguam non aditus modo facilis pateat, verum etiam puriorem ejus cognitionem absolutiorem que consequamur. Qua de re ego quoque nonnulla in illo libro attigi, quem inscripsi = *Des Titres primitifs de la Révélation*, Tom. I. pag.239. not. 364. seq. not. Tom.II. pag.314. not. 340. — 342. not.

Sed haec quum doctis hominibus, qui has summa cum laude tractarunt litteras, satis nota sint atque explorata, non exponam pluribus verbis. Tantum, uti initio proposui, ad unum aut alterum illorum laborum veniam, quibus Latinae linguae & Graecae origines maxime illustrentur. De quo argumento consulendum = Jo. Danielis a Lennep *Etymologicum Linguae Graecae, sive observationes ad singulas verborum, nominumque stirpes secundum ordinem Lexici compilati olim a Joan. Scapula. Editionem curavit, atque animadversiones cum aliorum, tum suas adjecit Everardus Scheidius, cujus praemissa sunt quoque prolegomena de Lingua Latina, ope Linguae Graecae illustranda. Adjectusque est. Index Etymologicus praecipuarum vocum Latinarum.* Trajecti ad Rhenum 1790. Partes II. uno volumine in—8vo.maj.pag. 1311. comprehensae. His vero addendae = L.C. Valckenaeri *Observationes Academicae, quibus via munitur ad origines Graecas investigandas, Lexicorumque defectus resarciendos*; & Jo. Dan. a Lennep *Praelectiones Academicae, de Analogia Linguae Graecae, sive rationum Analogicarum Linguae Graecae expositio. Ad exempla Mss. recensuit suasque animadversiones adjecit Everardus Scheidius*, iisdem typis & anno, in—8vo. In quo quidem & altero opere totam fere Latinam linguam ita comparatam esse Cll. Auctores contendunt, ut verba ejusdem, sed non omnia,

Digitized by Google

quemadmodum nonnulli eruditi, uti Cl. Paullus Maria Ogerius (1), ostendendum sibi sumpserint;

---

origines Graecas manifeste referant. Confer quae hanc in rem scribit Scheidius, *Prolegom. ad Etymologic.* pag. XIII. Cujus rei ut ipse periculum faciat, priores *Aeneidis* lib. I. versus undecim ferme integros, *Arma virumque cano*, &c. ibid. pag. LX. seq. nobis exhibet, idque maxime enititur, p. ead. & seqq., ut ne minutissimis quidem particulis exceptis, nihil sit in his Virgilii versibus, quod & origine sua & forma & significatione Graecam linguam non exprimat. At haec & horum similia, quibus Cl. Scheidius caeterique docti viri Latinam linguam ex maxima parte Graecis esse ortam fontibus comprobare conantur, quaeque in utroque ipso opere passim animadversa legenda sunt; non est quare fusius heic persequamur. Non erant enim a nobis dicenda pluribus.

(1) In erudita dissertatione, quam Cl. Auctor inscripsit = *Graeca & Latina lingua Hebraizantes*; edit. Venetae 1764. in 8vo. cap. II. seqq. & XI. pag. 12. seq. 126. seq. De qua disquisitione confer Theophili Christoph. Harles in *Joan. Alb. Fabricii Bibliothecae Graec.* editionem ab se vulgatam, *Adnot.* p. 202. not. *g.*) & *Nova Acta Eruditorum Lipsiens.* an. 1763. part. I. mens. Septembr. pag. 447—451. seq. Vide Jo. Augustum Ernesti *De Vestigiis Linguae Hebraicae in Lingua Graeca*; ejusd. *Opusculor. Philolog. & Critic.*, edit. II. Lugdun. Batav. 1776. pag. 171. seqq. At non praetermittendum censeo, quod ibid. pag. 177. & 178. V. Cl. Ernesti animadvertit, atque ad rem nostram ante disputatam facit: videlicet „ Atticorum ultimas origines ex Oriente esse repetendas, ab iisque Graeciae illatam esse linguam, vel ipsam Hebraicam, ut tum erat, sive, si quis ita malit, eam, qua in Oriente usi fuissent, non absimilem Hebraicae, aut ab ea ortam, vix hodie quisquam in dubium vocabit: quippe etiam antiquissimos

haec, inquam, inter easdem linguas, quaecumquae illa sit cognatio, ab ea ipsa quantum absit consociatione, quae Hebraicum sermonem Phoeniciae ejus dialecto, arctissimis ipsius analogiae conjungit vinculis, nemo unus nisi hujusce litteraturae plane ignarus non percipit. Nefando

Atticorum iisdem, quibus in Oriente uterentur literis usos constat. Sed incredibile est, quantam vim habeat, ut ad ingenia vel acuenda, vel obtundenda, animos vel incitandos, vel retardandos, mores denique fingendos, ita ad sermonem variandum, penitusque mutandum, Aer, quem spiramus, terra, quam colimus, victus denique ipse moresque; praesertim ubi nullis dum Grammaticorum legibus parere consuevit, quibus solis certus & constans reddi potest. Itaque etiam is, quem rudes homines ex Oriente attulerant, sermo ita est multorum seculorum decursu immutatus, ut in Orientem reversus, veluti per colonos in Joniam missos, non magis agnosceretur ab Orientali, sive matre, sive sorore, quam Oresten agnoscit in fabulis Electra soror. Sed ut Ulyssem, quamvis ita per absentiam mutatum, ut a nemine suorum cognosceretur, tamen prodidit cicatrix, & in fabulis etiam e naevis agnoscunt liberos matres: ita lingua illà prisca non potuit ita aboleri, quin nonnulla sui vestigia relinqueret, retineretque formas quasdam dicendi, praesertim, quae non nimis ab ingenio novo dissentirent, unde origo ejus intelligi posset. Atque ex hoc genere arbitror esse ea, quae in Atticis veteribus, qui quidem prosaica oratione usi sunt, reperiuntur, magis consentanea Hebraicae rationi, quam ut non ab ea profecta putentur „. Haec erstitus Ernestus, qui multa plura reperiri ejusmodi in Poetis praesertim sublimioribus, velut lyricis & tragicis, quam in caeteris scriptoribus. Quod de Latinis Poetis item observat.

quidem est auditum, fuisse quemquam, si modò cum Orientis Musis aliquod habuerit commercium, qui in controversiam illud unquam adduxisset. Si ergo nihil plus, ut Cl. Eckhel posuit, aliquis faceret, qui unius Graecae linguae praesidio Ancyrana exponenda vellet marmora, quam qui Hebraei sermonis ope Phoenicia epigrammata susciperet illustranda; quid nobis spei esset reliquum, quò ad ista interpretanda monumenta accederemus? Qui certe Cl. Antiquarius Vindobonensis, si perstat, eo demum adducatur necesse est, ut rem, quemadmodum superius aiebam, desperatissimam sine dubio ipse putet. At Cl. virum tam novam, tamque inauditam doctrinam inducere conantem, idcirco hac in re multum peccantem, non est quod moremur. Quid enim ego haec pluribus, quasi de re obscura, disputo? quum ipsa inscripta metalla & lapides quanta fuerit & Phoenicio-Punicae dialecti & Hebraeorum praesertim linguae consociatio, apertissime ostendant.

Ego vero, qui novi quae & quanta sit Phoenicio-Punicae linguae cum Hebraeorum sermone ejusque Syriaca & Chaldaica dialectis affinitas, ut quid animum desponderem? Neque Vindobonensis Antiquarii, tametsi summae doctrinae atque existimationis viri, hujusmodi autem plane intimam nullatenus advertentis consociationem, tantum apud me unquam obtinebit au-

ctoritatis, ut, eo uno judice, contra atque Phoenicum fides postulet monumentorum, de mea & doctorum virorum dimovear sententia.

Non est profecto, sicuti & jam declaravi, quod in Phoenicio-Punica litteratura nihil implicati, nihil obscuri nihilque dubii, quin immo nihil plane incerti videam. Equidem video, & ut ait Horatius (1),

—— *Quae in nemora, aut quos agor in specus?*

Atque utinam eruditissimi Antiquarii ita explere desiderium (2) possem, ut omni me invidia liberarem! Quamquam non is ego profecto sum, qui utpote multarum scientiarum, quibus ad hanc a me invidiam removendam opus certe esset, cognitione neque ornatus, neque instructus, illud mihi unquam promittam. Quid? si aliquando intelligam illum ipsum fortasse Cl. virum Josephum Eckhel, Thesauro Caesareo numorum gemmarumque veterum & rei antiquariae in Universitate Vindobonensi docendae praefectum, aliosque quoque studiose contra esse di-

(1) *Carmin.* lib. III. Ode XXV. vers. 2.

(2) De doctorum hominum hanc in litteraturam Phoenicum conatibus rursum disserens Cl. Eckhel, quos parum propitia Minerva eidem disciplinae operam dedisse conqueritur; ex eorum commentariorum lectione sese illud denique obtinuisse scribit, *ut si exiguam veri nutrimenti partem demas, caeterum infirmis pastus conjecturis ad extremum renitentem pabulo ventriculum experirer*. Haec ille loc. cit. pag. 401.

cturos? Quod vitare nullo modo possumus, nisi nihil omnino scriberemus. Sed tantum abest, ut scribi contra nos, nolimus, ut id etiam maxime optemus. Quod si sunt qui faciant, laudes utique & grates eis habebimus; modo id unum diligenter attendant, si Phoeniciae litteraturae veri sint & germani cultores, ut eorum opera ac doctrina videamus non minui, sed augeri etiam posse eandem scientiam; eorumque animadversionibus illud consequamur, ut tota hujus disciplinae tractatio sit minus controversa minusque plena dissensionis inter doctos futura.

Sed ne a litterulis nostris longius abeamus, sequitur, STEPHANE BORGIA Cardinalis amplissime, ut quae & qualis illa sit, de qua quaerimus, Phoenicio-Punicae dialecti cum sermone & Hebraeorum & Chaldaeorum & Syrorum conjunctio; ex ipsis inscriptis monumentis in Phoenicum coloniis repertis, & quorum, si tamen illa demas, quae temporum vetustate, aut mutila, aut aliquantum exesa sint, lectio plane explorata est, demonstremus. Quod quidem adnotatione ad imam rejecta paginam ut ostendamus est faciendum (1). Ne si illud praetermittam, id mihi ver-

(1) Quod eo loci exponere aggredior, ut explorate perceptum sit, satis me illis, qui mea legent, utcumque ea sint, facturum arbitror, si rem ipsam, de qua nobis cum V. Cl. Josepho Eckhel contentio est, aliquot declarem exemplis. Haec vero unde melius

bis assumpsisse videar, quod re perficere non possum.

---

depromenda censemus, quam ex epigraphis illis, quas inscripti in primis lapides suppeditent Phoenicio-Poenorum. Plus enim mihi unius id genus monumenti valet auctoritas, quam eruditorum hominum, quicumque ii sint, quorum nihilosecius doctrinam maxime suspicio, in hoc, vel in illo Phoenicio evolvendo epigrammate parum firma sententia.

Quod autem iisdem in epigraphis interpretandis nonnulla offerant sese, immo & interdum plura explicatu haud facilia; quisquam ne est hisce litteris ac studiis deditus, qui neget? Ego vero, qui mihi conscius sum quanti sudoris quamque molestiae plena, haec sit disquisitio, & illud sentio & lubens agnosco; saepeque alias significavi. Verumtamen ex inscriptis illis sive metallis, sive lapidibus, licet raro integris, quodque multo gravius est atque operosius, illo characterum ductu, qui plane insolens videatur, plus semel exaratis; ex hujuscemodi, inquam, epigraphis, si nostris repetitis vigiliis ac laboribus illud eruamur, quod ad argumentum, de quo quaerimus, ornandum illustrandumque faciant; num vanos prorsus & inutiles conatus dicemus nostros? Quid est praeterea, quod jam amplius expetamus, si modo cujus linguae, aut dialecti, quam inscripta haec prae se ferant monumenta, id totum sit, demum assequamur.

Age, age, nunc experiamur; quidque statuto opus sit videamus, ut quae de Phoenicio-Punicae dialecti cum sermone & Hebraeorum & Syrorum & Chaldeorum conjunctione disputata hactenus sunt, neque incertis neque dubiis dignoscamus indiciis.

Ac primo quidem ad Phoenicio-Punicam veniamus epigraphen Anaglyptico lapidi Aegyptio insculptam, superioribus annis in Carpentoractensis Episcopi servato Bibliotheca. Utinam vero in tanta Gallica-

Digitized by Google

Interea id potissimum semper teneamus oportet, non ex una illa sola Hebraeorum lin-

rum rerum nostrarum perturbatione atque infelicitate, ipsum Anaglyphon, non tam argumenti atque operae, quam scriptionis & linguae singulari ratione insigne, illaesum evaserit. Exhibet autem Cenotaphium, mulieri, Osiridis sacris alligatae, ab aliqua Phoenicia gente, ejusdem numinis cultui addicta, positum. Qui lapis unum fere pedem regium & sex pollices longitudine, pedem vero unum ac lineas sex aequat latitudine.

Interim, quod bonum fortunatumque litteraturae fuit Phoenicum, jam docti in Gallia exorti viri fuerant, qui de Anaglypto lapide memoriae commendando posterorum cogitantes, tabulis in aere incisis tamquam propugnaculo adversus eorumdem temporum nostrorum publicas calamitates, vulgandum curarant. Quod primus fecit, ejus olim possessor, Ioan. Petrus Rigord, Massiliensis, reique navalis tunc inspector, in illa, quam ad Diarii Trivultini Auctores dedit, epistola *sur une Ceinture de Toile, trouvée en Egypte autour d'une Mumie*; ejusdem Diarii, sive *Mémoires pour l'Histoire des Sciences & des beaux Arts*, mense Junio an. 1704. pag. 994. Tab. 3., sed nulla neque monumenti, neque epigraphes allata interpretatione. Cl. deinceps Bernard. de Montfaucon, *Antiquité expliquée*, Supplement. Tom. II. pag. 207. & 208. Anaglyphon quidem descriptum protulit; quid vero epigramma alioquin ab se ibidem parum fideliter transcriptum contineret, omnino tacuit. Quin etiam in hoc lapsus vir egregius est, quod illud *scriptura vere Aegyptiaca* exaratum dixerit, aliter atque ut doctus Rigord & lingua & litteris idem expressum Phoeniciis rectissime adfirmarat. A quo sane errore non immunis fuit Ill. Cl. Comes de Caylus, *Recueil d'Antiquité Egyptiennes* .... Tom. I. pag. 74. At is ille est, qui, ut erat omnis generis monumentorum antiquorum studiosissimus investigator

gua, quod Cl. vir Eckhel minus recte arbitratur, sicuti ante vidimus, sed ex ea cum utraque & Sy-

ac cultor assiduus, quem numquam nisi honorifice appellare debeo, sic dedit operam, ut inscriptus lapis non illis delinearetur litteris, quibus manu minus habili antea deformabatur, verum ad Anaglyphi operis, typo prius excussi gypseo, exemplar, omni cura adhibita ac diligentia, illius epigraphen in aes incidere fecit, eiusdem Tom. I. Tabula XXVI. Atque hoc ipsum Cl. Antiquarii Parisiensis typum nactus doctissimus Ioan. Iacob. Barthelemy, quem pro suis in litteras Phoenicum immortalibus meritis, nemo earum studiosus sat dignis efferat laudibus, Anaglyphon integrum tribus insculptis descriptum tabulis & erudito illustratum commentario nobis obtulit in sua *Explication d' un Bas-relief Egyptien, & de l' Inscription Phénicienne qui l'accompagne*; Monumentor., seu *Mémoires del' Acad. Royale des Inscript.* tom. XXXII. pag. 752. — 738. Ex hoc autem Cl. istius viri beneficio, præter cætera plura a nobis, ut par est, suo loco commemoranda, hoc consequuti sumus, ut aliquot characterum Phoenicio-Punicorum, quorum potestas adhuc latuerat, non ambigua, sed certe cognita ratio est.

Jam vero typis deficientibus nobis Phoenicio-Punicis, epigraphen proferamus, sicuti & Cl. Barthelemy litteris quoque ipsam descripsit Hebraicis. Sic autem se habet; x

בריכה תבא ברת תחוי תמנחא זי אוסרי אלהא מן רעם
באיש לא עבדת וכסי זי איש לא אמרת תמה קדם
אוסרי בריכה הוי מן קדם אוסרי קין קדי (קרי vel)
הוי ולחה גמעתי ובין חסי . . . , ...

Ad cuius quidem tituli Anaglyptico lapidi inscripti, una tamen, aut altera in primis extrema voce, aut mutili, aut vetustate exesi, intelligentiam, quum nobis ille idem vir doctissimus viam primus straverit;

ra & Chaldaea in consortium plerumque vocanda, hujusce generis monumentorum interpretatio-

---

non aliud institutum tenendum mihi esse statim intelligo, quam tanti viri heic subjicere interpretationem. Est porro eiusmodi, loc.cit. pag.729.

Bénie soit Thébé, fille de Théhhui, chargée des offrandes pour le dieu Osiris; qui n' a point murmuré contre son mari, & qui n' a point révélé lo secrets de son mari, (ou bien, quod ego sane multo magis probarem, *qui ne s'est jamais plainte de personne, & qui n' a révélé les défauts secrets de personne*); *elle fût pure & sans taches aux yeux d' Osiris; elle fut bénie par Osiris, &c.* Quae latine sic reddi mihi videntur posse; scilicet = *Benedicta sit Theba, filia Thehhuī, cui oblationum Dei Osiridis cura est demandata; quae de viro suo non conquesta est, neque mentis eiusdem secreta detexit.* (vel aliter, *quae de nemine querimoniam habuit, neque cuiusquam secreta prodidit vitia*); *fuit pura & sine macula Osiridis oculis; benedicta ipsa fuit ab Osiride, &c.*

Quamquam facit satis haec doctissimi Barthelemy, quam repraesentavi, priorum epigraphes versiculorum interpretatio, in tertia tamen eum posuisse persona, quae ad secundam fuissent omnino transferenda, aperte liquet. Voces namque עברת, *fecisti*, *operata es*, (vel potius עברת, quam lectionem ego mallem,) אמרת *dixisti*, *revelasti*, &c., הוי *sis*, *esto*, licet suis in epigraphe *punctis*, ut loquuntur Grammatici, *vocalibus*, seu *motionibus* instructae paullo aliter in Hebraeo ac in Chaldeo efferantur; haec, inquam, verba, sive Hebraice ea accipiamus sive Chaldaice, illud abunde commonstrant. Neque morarer quod in prima communis generis & in tertia praeteriti *Peàl* & *Paèl* persona feminina singularis numeri Syros & Chaldaeos iisdem litteris verbum enunciare, ut ܦܩܕܬ, פקדת; in cuius tamen verbi terminatione illud Syrorum est proprium,

nem esse eruendam. Usque adeo eaedem linguae sicuti jam observavimus, affinitatis vinculo in-

---

quod tertiam eandem personam puncto diacritico ad latus ultimae litterae signatam, a prima distinguant, ut ܦܩܕܬ *visitasti*; secundam vero generis feminini scribant ܦܩܕܬܝ. Quum autem tota epigraphe Hebraeo-Chaldaicam sonet dialectum, & ipsum Tὸ הוי *esto*, semel atque iterum hîc exprimatur, in secunda, sicuti dixi, persona rem esse exponendam puto. Sed haec leviora sunt, quam ut censoria notentur virgula.

. Quod vero Tὸ תמנתא Cl. vir veluti nomen dignitatis, habuerit, reddideritque per *Chargée des offrandes*; nollem sane, doctis haec non probaretur Chaldaicae vocis expositio, quam ego *Oblationum curatricem* lubens interpretarer, eamque Graece dicerem *θυσιαγώγην*, quasi *Sacrorum praesidem*.

At quod caput est, & quicquam facessit difficultatis, ad reliqua spectat, quae in epigraphe sequuntur vocabula, videlicet:

מין קרי הוי ולחה נמעתי ובין חסי . . . .

in quibus convertendis vocibus nihil intentatum reliquit eruditus Barthelemy, ut aliquem ex iis sensum extorqueret.

Et ut a prioribus ordiar vocabulis, quae τῶ מין & τῶ קרי, ut legendum videtur, insit significatio; ille idem doctus vir se multa conjectasse scribit, ibid. pag. 729. not.), quae nihilosecius omittenda duxit. Tὸ מין indicare ait *speciem*. Sit ita. At quid istud ad rem nostram? Neque ego video; neque ipse Barthelemy illud sapit. De postrema minus integra voce . . . חסי restituenda ne cogitavit quidem. Cui voci alteram saltem, ad pleniorem absolutioremque illius intelligentiam fuisse subjectam arbitror. Alterum τὸ הוי tacitus ille idem praetermisit. Caetera demum praesertim vocabula ולחה נמעתי sic exponenda censuit, ut eorum unum in duas disjungens voces, nempe נב עתי, istam

ter se continentur, ut illud Horatii *de Arte Poetica*, vers. 410. seq., ipsis illis accommodari rectissime possit; =

---

excogitarit lectionem : ולחה נם עתי, *& viror ejus dormit nunc*; *& sa fraîcheur est à présent assoupie* „ Figu-„ re, subjungit ille, loc. cit., que nous désapprou-„ verions sans doute, mais qui ne paroît pas contrai-„ re, au goût des Orientaux. Le mot (ובין) composé „ d'un *vav*, d'un *beth*, d'un *iod* & d'un *nun* signifie „ *& inter*; il précede un mot dont on ne voit que les „ premieres lettres, & que je n'entreprend pas de re-„ stituer. „ Haec doctissimus vir, cuius profecto hisce in litteris eruendis industriam plane singularem semper sum admiratus.

Illud sane corrigere operosum est, ubi nonnulla desiderantur. Facile equidem patiar, τὸ ולחה נם Hebraicae linguae analogiae optime congruere. Atqui dubium esse me animi ingenue fateor, an revera τὸ עתי loco τοῦ עתה *nunc*, recte dici possit, vel pro עת, quod Ezechiel. XXIII. 43. semel habetur; ubi tamen ad marginem עתה esse legendum, τὸ *Kerì* apposite admonet. Sane τὸ עתי idem atque *opportunus*, *tempestivus*, *paratus*, &c. significat. Quod porro veluti particula *nunc* sit habenda, id eiusmodi est, ut exemplis explicari tantum ostendique possit, probari autem rationibus non possit. Ita videlicet, nisi in Hebraeo sermone & in Syro-Chaldaica dialecto eandem particulam eo usurpari sensu exempla, in quibus investigandis, sed frustra detegendis, bonum otium perdidi, demonstrent; ab usitata harum linguarum consuetudine ipsam prorsus abesse, erit concludendum. Verum desino hac de re contendere.

Sed operae pretium est illa, quae quaerimus assequenda, percurrere postrema ante prolata epigraphes vocabula. Principio illud mihi assumo, nihil esse in

——— Alterius sic
Altera poscit opem res, & conjurat amice.

horum lectione neque disjungendum, neque immutandum; eaque ratione, & quidem iure fortasse, stabit sententia. Quae sane ut convenienter ad rem ipsam evolvatur, de singulis est paullo disquirendum vocibus.

Quid autem primùm de τῷ מין decernam? Mihi quidem, si quid ausim affirmare, nihil aliud esse hoc vocabulum videtur, quam particula ipsa מן *Min, a, ab, abs, de, e, ex*, &c. Quomodo autem illud *iod* huc irrepserit? si dicam graphico errore id accidisse, haud scio, an conjectura aberrem. Verius dixerim, eidem voci litteram י insertam, uti antiquae vocalis *i* notam esse omnino habendam. Hujus namque eadem ratio est, ac litterarum illarum, quas *Ehevì* אהוי vocant, quarum haud paucas in Hebraeorum & Chaldaeorum scriptis, praesertim manu exaratis deprehendimus. Earum vero multas quoque prae se ferunt Biblia Veneta & Regia; quas tamen, *punctis* inscriptis *vocalibus*, in sua Basileensi editione ex maxima parte sustulit Joannes Buxtorfius. Multo autem plures ejusmodi ante eorumdem *punctorum* inventionem in libris exstitisse, nullus dubito. Neque crediderim, alias praeter istas Hebraeas אהוי, in linguis Orientalibus *Vocales* antiquitus obtinuisse.

Iam vero epigraphes sive auctor, sive scalptor, maiorum institutum partim sequens, & suae aetatis veterisque orthographiae aliquam habens rationem, τῷ מין ipsum י *ìod*, iure inscripsit, quod post inventa atque inscripta *puncta vocalia* veluti redundans nunc habemus atque supervacaneum. Et revera τὸ *Hhirìq Qatòn* (·) sive *i parvum*, vel *breve*, subtus elementum מ, in illa ipsa particula מִן idem *ìod* subintellectum, perpetuo exprimens, legimus.

Atque τὸ מין, quod veterem repraesentat scriptu-

Hactenus mihi videor de Phoenicio-Punicae dialecti natura atque indole quid sentirem, mo-

---

ram, ea ratione expositum, nihil offert quod cum altera, quae proxime sequitur, voce קרי non bene conveniat. Neque obstat, quod in epigraphe scribatur קרי. Etenim apocopen litterae ן *nun*, heic admittamus oportet, cujus multa apud Hebraeos & Chaldaeos exempla reperiuntur. Cum hoc dico, nihil novi affero apud illos, quibus sit aliquis in Hebraico sermone atque Chaldaico usus. Perinde ergo est, ac si esset קרין סֹד, seu קורין, quod Chaldaice idem valet, atque *legentes*, vel etiam *occurrentes*, *obviam euntes*, &c. Hebraei dicerent קוראים, קראים & קרים, ex analogiae legibus. Siquidem voces קרא & קרה, quarum una pro altera sumitur, & sensus multiplex est atque vis, verba constituunt, quae Grammatici vocant *Quiescentia Laméd* א, & *Laméd* ה. Horum vero anomalia in mutua litterarum א & ה inter se, & frequentissime cum י *Iod*, permutatione consistit. Et quoniam inter easdem voces קרא & קרה magna intercedit affinitas; מין קרין סֹד eo interpretarer modo, qui utriusque verbi sensum comprehenderet; scilicet, *ab obvio unoquoque legente* vel *obviis quibusque legentibus*.

Enim vero, quemadmodum de *Theba* בריכה הוי מן קדם אוסרי, i.e. *Benedicta esto in conspectu Osiridis*, seu *ab Osiride*, acclamatione dicitur; sic bona pro muliere nuncupantur vota, ut ab *unoquoque obvio*, inscriptionem *legente*, *benedicta* vocetur. Quo pertinere videtur vetus Inscriptio apud Gruterum pag. 875. num. 3.

Hic super ossua (sic) *ciner esque tuos benedicta quiescis*.

Et ut habetur in altero apud eundem Gruter. pag. 789. num. 6., veteri lapide; = *Bene precare qui legis*. Hac voce קרי sic explanata, haud sane, ut mihi videtur, improbanda stat aliqua ratio, quamobrem in epigraphe eandem potius admittendam existimarim, quam alte-

ñumentorum fretus testimonio , non inutiliter fortasse potuisse dicere . Si quae praeterea sunt,

---

tam קרי in epigramma inducendam; at enim quid haec revera significaret, non equidem intelligo .

Sequitur in epigraphe τὸ ולחה נמעתי,quod sic reddo: *Et viresce , suavissima* , vel *dulcissima* . Ex linguae & Hebraicae & Chaldaicae analogia fuisset scribendum τὸ לחי , feminino genere , voce ipsa a radice לחה , desumenda, inusitata quidem, sed eo ipso, quem posuimus, sensu omnino assumenda ; ut Genesis XXX. 37. לח , *virens* , & alibi ; unde *vigor* , *viriditas* . Quam vocem , de qua quaerimus , etsi iisdem prorsus litteris scriptam legimus Deuteronom. XXXIV. 7. , ubi de Moyse dicitur,quod לא נס לחה , *Non fugit vigor ejus* , vel , ut haud inscite interpretatur Targum Onkelosi : לא שנא זיו יקרא דאפוהי ; *Nec mutatus fuit splendor gloriae faciei illius* ; hanc , inquam , vocem aliter atque aliter esse convertendam res ipsa edocet . Nullius enim sensus esset , & longe abesset ab epigraphes sententia, si eodem, quo in allato Deuteronomii loco intelligitur , vox ipsa exponeretur . Repetitis quoque litteris ad auxesin , seu geminatis radicalibus , ejusdem vocis formam ex Conjugationibus *Hithpaël & Niphàl* mixtam , ab interpretibus Iudaeis frequenter usurpatam , in eorum commentariis reperimus התלחלח , vel נתלחלח , *Humefactus* , *recreatus fuit* , *viruit* . Non est ergo dubium , quin τὸ לח *Virescere* , *revirescere* significet . Nihil vero planius hac significatione , quantum ego ipse video .

Sed paullo ante dixi , loco τῶ לחה , fuisse τὸ לחי scribendum feminino genere . Attamen hujus anomaliae , sive masculini generis pro feminino enallages , haec est ratio , ut permutato τῷ י in ה *Paragogicum* , τὸ לחה in epigraphe scribatur . Exemplum , quod subjiciam , huius enallages fidem faciet . Genesis XIX. 32. de Lot duabus filiabus ; quarum una alteram alloquitur , sic habetur; = לכה נשקה את אבינו יין , i. e. *Veni*, (sive

quae huic argumento quidquam affundere possint luminis, & sunt profecto, neque eidem pla-

ito, agedum, ô soror,) *propinemus patri nostro vinum*; ubi τὸ לכה est loco τῷ לכי, quemadmodum analogiae revera postulasset ratio, & alibi passim habetur.

Quid igitur τὸ לחה *Viresce*, prae se fert, quod caeteris, quae praecedunt, epigraphes verbis aptissime respondere non videatur? Quasi diceretur: *Ita viresce, ut numquam sis intermoritura*. Cujus acclamationis illud est simile, quod in veterum inscriptis sepulcralibus monumentis saepissime habetur; = *Have, have, Herotion, & vale aeternom* (sic), apud Gruterum pag. 1023. num. 2. Et istud satis tritum: = *Sit tibi terra levis*: tum etiam = *Vive, vive*, Graecis χαῖρε, *vale, vivas*, &c., Quod in ejusmodi centies occurrit lapidibus.

At haec, aut acclamandi, aut precandi solemnis veteribus formula, de non oblitteranda memoria defunctorum, deque in primis feliciori vita, eaque aeterna iisdem exoptanda ac precibus impetranda; haec, inquam, omina & precationes, aliaque id genus multa ab Grutero, Reinesio, Sponio, Fabretto & Cll. viris Steph. Anton. Morcello, Gaetano Marinio. caeterisque Antiquariis vel observata, vel collecta notiora sunt, quam ut iis immorer pluribus.

Venio ad τὸ נכעתי, quod doctissimo Barthelemy facessiit negotium, neque immerito. Adeo ut nodum solveret, illam in duas discrevit voces; sed frustra tentavit. Quod autem per *dulcissima*, aut *suavissima* idem verbum reddiderim, non est quod quisquam miretur. Nullibi quidem eo descripta modo vox invenitur. Quid tum? Num huic incommodo mederi, nisi ipsa vox divellatur, poterimus? Neque equidem censeo. Contra, ita mihi persuadeo, nihil aliud in ea esse videndum, quam metathesin, sive unius litterae transpositionem; idcirco lego ac si esset τὸ נעמתי *dulcis*,

ne absona, idcirco non indigna, quae in nostram transferantur commentationem; institu-

---

jucunda, *suavis*, *pulchra*, *decora*, &c., immo vero & *dulcissima*, &c., τῦ י *iod*, *Paragogici*, habita ratione. Cujus metathesis exempla sacris in libris Hebraeorum exhiberi nemo nescit. Τὸ כבש namque idem est ac כשב, *agnus*, trajectis tantum litteris. Ejusdem est generis τὸ שמלה pro שלמה, *vestis*, *vestimentum*. Quamquam istius verbi significationem latius patere, sunt qui existiment. At quum Hebraeorum sermo alia verba ejuscemodi passim suppeditet, haec satis esse exempla arbitror ad nostram, quam ponimus τῦ נעמתי tuendam lectionem. Hac vero forma, accedente quoque in fine τῷ י *iod*, quod vocant *Paragogicum*, & significationem verbi saepissime auget, alias apud Hebraeos reperiri, quae sequuntur, voces ostendunt; ut גנבתי *furto sublatum*, Genes. XXXI. 39. מלאתי *plena*, Isai. I. 2., pro גנבת & מלאת. Caetera ejusdem formae verba missa facio, uti דברתי *ordo*, Psal. CIX. Hebr. CX. 4.; שרתי *domina*, רבתי *multa*, Thren. I. 1. &c.

Ad extrema demum, quibus absolvitur epigraphe, veniamus verba, quorum unum est mutilum, alterum vero, quod proxime sequebatur, plane abrasum; eaque sic suppleamus, ut plenam eorum teneamus sententiam.

De τῷ ובין *& inter*; nulla difficultas est. De τῷ autem .... חסי, quod sequitur, alia res est. Quam vocem restituendam arbitror per τὸ חסידן, vel τὸ חסידיתא Chaldaice *Beneficae*, *Piae*, *Sanctae*, &c. Quod Hebraei dicerent חסידות, Syr. ܚܣܝܘܬܐ *Hhasiotho*. Hac voce ita restituta, altera utique remanet necessario supplenda, ut integer absolveretur sensus, quò mulieri bene precantis vota omnimode exprimantur. Idcirco, quod lacuna ipsa indicat, addo τὸ אתמאני, *adnumerere*, Syr. ܐܬܡܢܐ, vel si mavis Hebr. המני. Alterutrum porro sive Hebraicum, sive Chaldaicum vocabulum, ut Sy-

ta poscit atque flagitat ratio, ut ea non omittamus. Atque haec qualia vero sint, ostendam equidem paullo post.

---

rum omittam, heic locum habere certissime potest. At satius esse censerem, voce utendum potius Chaldaica, quam Hebraica; quandoquidem epigrammatis pars maxima Chaldaicam aperte prodit dialectum. Ex qua lectione istam elicio sententiam: *Et inter sanctas* (mulieres) *adnumerere*.

Mihi unus etiam restat scrupulus, qui me male aliquantum habuit. Quid vero? Ubi Cl. Barthelemy legit עבדת, tertium nempe vocis elementum sumens pro littera ד *Daleth*, reponendum putarem τὸ עברת, cum charactere ר *Resch* scriptum. Huic lectioni suffragatur ejusdem litterae forma in epigraphe eo expressa modo, ut elementi ר figuram referre videatur. Nam utriusque litterae figuram in monumentis Phoenicum aliquando invicem permisceri, plus semel deprehendi. Accedit, quod, quum τὸ מן רעב ab eodem regatur verbo עברת, particula ipsa, seu praepositio מן, ut analogia servetur linguae, melius cum hac voce, quam cum altera עבדת conjungetur.

Est praeterea in epigraphe τὸ איש, quod non de *viro*, aut *marito* interpretarer, sed magis apposite ad sententiam de *unoquoque*, *ullo*, *quoquam*, &c., ut sensum utrumque exponens vocis, recte suspicatus Cl. Barthelemy est, intelligendum opinor. Quapropter τὸ מן רעב באיש לא עברת sic converto: *Ad obtrectationem adversus quemquam non declinasti*. Atqui hujusce qualiscumque interpretationis nostrae eam affero rationem, quod τὸ רעם, apud Hebraeos atque in Syrorum & Chaldaeorum lingua, multiplici accipi significatione videatur posse. Cui quidem verbo subjecta notio est non *tonitru* solum *&* *tonare*, *intonare*, *strepere*, *fremere*, *indignari*, *irasci*, &c., verum & *queru-*

Nunc autem ne aliquid gratis ad invidiam attulisse me, deque de re non obscura solum,

---

lum esse, *conqueri*, *murmurare*; translate autem *carpere*, *obtrectare & maledicere*. Neque inepte, opinor, istud epigrammatis membrum ita verteretur, videlicet = *Ad maledicendum cuiquam numquam declinasti*. Tò vero עבר cum praepositionibus מעל, מאת & מן, *exire*, *egredi*, *deflectere*, *declinare*, &c. etiam significat. Perinde ac si mulieri *Thebae* daretur laudi, quod *nulli maledixerit*, vel *sine querela*, *sine ulla discordia*, vel *sine animi laesione*, *sine ulla offensa vixerit*; uti in sepulcralibus apud Gruterum & alios plures, vetustis ejusce generis epigraphis me passim legere memini.

Iam vero totam epigraphen, quemadmodum Phoeniciae litteraturae reipsa postulat ratio, sed una aut altera restituta voce, & sicuti pene ad verbum interpretandam reor, mihi resumere heic liceat.

בריכה תבא ברת תחוי תמנחא זי אוסרי אלהא כן דעם
באיש לא עברת זכסי זי איש לא אמרת תמה קרם אוסרי
בריכה הוי מן קרב אוסרי מין קרי הוי ולחה נמעתי זבין
חסידיתא אתנאני :

Benedicta Theba, *filia Tehhui*, *oblationum Osiridis Dei curatrix*; *ad obtrectationem erga quempiam numquam declinasti*, *neque cujuscumque arcana detexisti*; *Pura in conspectu Osiridis*; *benedicta esto ab ipso Osiride*, *& ab uno quoque*, *qui legerit etiam esto*. *Viresce autem*, *ô dulcissima* mulierum, *& inter sanctas adnumerere*.

Atque haud scio, an omnia me fallant; sed, si quid ego intelligam, hac in Phoenicii Cenotaphii lectione atque explanatione nihil esse mihi videtur neque ad ejuscemodi epigraphen accommodatatius, neque scripturae affinius. Precationis vero formulam, *qui legis*, vel *qui legerit*, in sepulcralibus titulis usurpari, satis compertum est. Quod autem in extrema inscriptionis parte superest sive acclamationis, sive pre-

Digitized by Google

sed prorsus incerta, sententiam tamquam ex tripode hucusque dixisse ipse videar; hac illa.

---

cationis, vetustissimum usum tam apposite exprimit, atque consuetudinem mortuis prospera quaeque ominandi, ut majori, ex mea sententia, non egeat illustratione. Sapienter sane Tertullianus, *De testimonio animae*, edit. Rigaltii pag. 66., ex hujusce generis formulis, quas veteres sepulcris suis inscribi consuescebant, argumentum ducebat, uti Cl. Stephanus Ant. Morcellus, *De Stilo Inscriptionum Latinarum* lib. I. c. III. part. I. pag. 62. recte observat, omnium mentibus insitam esse opinionem de immortalitate animorum. Quod argumentum non latuit tam antiquos, quam recentes Christianae rei defensores. Confer Cl. viri nostri τοῦ μακαρίτου, mihique amicissimi Anton. Valsechii *Dei fondamenti della Religione, e dei fonti dell'empietà*, Edit. II. Patavin. lib. I. cap. VIII. §. III. pag. 196. seq. Neque revera aliorsum pertinere similes votorum nuncupationes possunt, & quas iisdem in epitaphiis insculptas legimus: = *Spei aeternae*. = *Felicitati perpetuae*. = *Aeternae animae*. = *Avete animae innocentissimae*.. &c. Vide D. Bernard. de Montfaucon, *l'Antiquité expliquée*, *Supplement.*, Tom. V. lib. I. cap. VI. lib. III. cap. VI. lib. IV. pag. 23. seq. 85. & 95. = Anton. Mariam Lupium, *Dissertat. & animadversiones ad nuper inventum Severae martyris Epitaphium*. Panormi 1734. pag. 171. seq. & 177. seq.

Sed quid ego haec persequor, a doctissimis viris bene animadversa? Si autem futuri sint qui, quod nimium multo de hoc vetusto Anaglyptico epigrammate scripserim reprehendant, quam quod reliquerim quaedam meliori in luce collocanda accusent; non equidem mirarer. Nemo tamen erit vel modicum hisce tinctus litteris, quin & qualis & quanta cum Hebraeo sermone atque Syro-Chaldaica lingua Phoeniciae dialecti conjunctio sit, ex ipsa illa sepulcrali epigraphe percipiat.

quam saepe alias animadverti, Phoeniciae ejusdem dialecti cum Hebraea, Syra & Chaldaica lin-

---

Ac de vera insignis lapidis aetate nihil comperti habere me fateor, quod eam definiat quidem. Longe tamen ante Christum natum ab illis Phoenicibus, qui Aegyptiaca obligarentur superstitione, Cenotaphium mulieri *Thebae* inscriptum fuisse, si essent naribus nimium indulgentes, qui in dubium vocarent, hi toto errarent coelo. Sed de lapide certe pervetusto satis.

Ut autem quod initio proposui, persequamur, ad alterum descendamus epigramma, de quo plures doctos viros disseruisse equidem intelligo, eorum vero nullum, quantum mihi videre videor, ejus plane integram aperuisse sententiam. Atque est illa celebris Melitensis, Phoenicio-Punica inscriptio bilinguis, in stylobatis, seu basibus duabus signata marmoreis, candelabro, sed ex parte mutilo, instructis, quantum ex vulgato monumenti veriori ectypo apparet. Uterque lapis duplicem, ac totidem verbis insculptam iisdem & litteris exhibet epigraphen. De Phoenicio-Punica postmodum videbimus. Quae Graeca, inferne sic inscribitur:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡΑΠΙΩΝ ΟΙ
ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ ΤΥΡΙΟΙ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΑΡΧΗΓΕΤΕΙ

i. e. *Dionysius & Sarapion, filii*
Sarapionis, Tyrii,
Herculi Ductori.

Quod in tanta Graecarum litterarum luce, doctissimi Auctores Novi Tractatus Diplomatici, Gallice conscripti, Tom.I. part.II. sect. II. cap. XII. pag.657. not.5.) epigramma latine aliter reddiderint, utquid moraremur? Illud enim eo interpretandum censent modo, scilicet: *Dionysius Caesar, Apioni filii Serapionis Tyrii*, &c. Bene hercle factum. Quae versio cujusmodi sit, & quam a vera epigraphes absit sententia,

gua, plane intima consociatione quid evidentius? Idque ex ipsis incorruptis atque integris testibus,

---

nemini Graecas versanti litteras obscurum videbitur. Qua in re eosdem doctos viros, de re antiquaria alioquin optime meritos, certe peccasse, Cl. Josepho Eckhel animadvertenti, non invitus assentior. Neque feliciores in ipso epigrammate Phoenicio-Punico eruendo conjectores fuisse, suo dicetur loco & paullo post.

Epigraphen porro Melitensem vocant, propterea quod in hujus nominis insula, ubi nunc adservatur, ab Anton. Maria Lupio, ut ipse epistola sua ad Hieronym. Lagomarsinium, Valletta Melitensi 8. Sept. 1735. italice data, narrat, ejusd. *Dissertazioni* &c. edit. Faventinae 1785. *Lettera* XI. Tom. II. pag. 124. seq., primum detecta fuit. Sed quae de inscriptis utrobique marmoribus Cl. Lupius ibidem profert, admodum jejuna sunt. Nihilominus illud non tacendum, eruditum virum hanc merito reportasse laudem, quod monumenti ante prorsus incogniti notitiam ei debeamus. Illud quoque ejus epistola nos edocet, Dionysium & Sarapionem, seu Serapionem, ambos fratres Tyrios, utrumque lapidem Herculi, cognomento *Archegetae*, sive *Ductori*, voto consecrasse. De ipsius tamen monumenti typo tunc nihil vulgavit.

Cujus appellationis Herculi inditae originem, quae ad Phoeniciam epigraphen illustrandam haud parum conferat, cum investigarem, hanc verisimili conjectura assequutum esse me, non sine caussa mihi persuadeo. Enim vero Melitam insulam ab antiquissimis inde temporibus Phoenices frequentasse, Diodorus Siculus, *Biblioth Histor.* lib. V. cap. 12. pag. 294. alias 399. edit. Vesselingii, bisce verbis indicat. Ἔςι δὲ ἡ νῆσος αὕτη Φοινίκων ἄποικος, οἱ ταῖς ἐμπορίαις διατείνοντες μέχρι τῦ κατὰ τὴν δύσιν Ὠκεανῦ, καταφυγὴν εἶχον ταύτην εὐλίμενον ὖσαν, καὶ κειμένην πελαγίαν. i. e. *Est autem haec Melita insula Phoenicum colonia, qui*

quos in subjecta adnotatione, quo potui studio, qua licuit industria, explanatos profero, inscri-

cum negotiationes suas ad Oceanum usque Occidentalem extenderent, refugium in hanc habebant insulam, quae *portubus commoda* est *& in alto mari sita*. Quem Diodori Siculi locum, ut veterum alia testimonia, ne longior sim, praeteream, de Phoenicibus ipsis Tyriis, nullo autem modo de Poenis Carthaginiensibus, esse interpretandum, actum agerem,si rationum momenta, quibus eruditi viri ad illud comprobandum usi sunt, heic urgere vellem. Quamobrem est consulendus Marianus Valguarnera in libro inscripto, *Discorso dell' origine, ed antichità di Palermo, e de'primi abitatori della Sicilia e dell'Italia. Palermo* 1614. pag.1. — 25. Quod doctum opus, latine conversum & animadversionibus instructum a Joan. Laurentio Moshemio, insertum habes *Thesaur.Antiquitt. & Histor. Siciliae* &c. Joan. Georg. Graevii vol. XIII. sub initium. Vide & Philipp. Cluverium, *Siciliae Antiquae* lib. I. cap.II. pag.40. — 42. = Commendatorem Joan. Francis. Abelam, *Della descrizione di Malta,* &c. lib. II. Notit. II. pag.149. — 152., & latine, Joan. Anton. Seinero interprete, in extremo ejusd.Thesauri Graeviani vol.XV. Melitenses ergo veteres coloniam fuisse Phoenicum, tam certum est quam quod certissimum. Idque multis ostensum a Samuel. Bocharto est in *Chanaan* lib. I. cap.XXVI. pag.547. seqq.

Videamus modo quid hinc consequens fiat, quò nominis *Archegetae* originem assequamur. Mihi quidem ejusdem appellationis ratio haec esse videtur, quod Graeco-Phoeniciae epigraphes auctores, Dionysius & Serapion, animo reputantes, vetustissimos Melitensis insulae incolas atque habitatores ortu Phoenices fuisse, ut consanguineos Melitenses suos,quibus illud ab omni memoria persuasissimum erat, magis sibi devincirent, Herculi Phoenicio, veluti coloniae Tyriae parenti

ptis nempe lapidibus, non casu, non temere elicitur. Atque hoc qui dubitet, haud sane in-

atque ductori, monumentum hoc dedicarint. Hercule namque duce Phoenicio, usque ad Gades & Oceanum Phoenices navigasse, & colonias huc atque illuc in Mediterranei maris & litora & insulas multas deduxisse, a veteribus traditum scriptoribus est. Quod argumentum pluribus persequitur Bochartus, loc.cit. cap.XXIV. seqq. Confer ejusd. *Phaleg.* lib.III. cap. VIII. pag.189. Summa illa praeterea religio, qua Hercules Phoenicius in tota insula colebatur, cognominis τῦ ἀρχηγέτεος caussam & originem haud obscure innuit. Atqui non statuas modo Tyrio numini Melitenses posuisse, sed & templum ei consecrasse auctor est vetus scriptor saeculi II., ipse Claudius Ptolemaeus, *Geograph.* lib. VII. cap. III. pag. mihi 128. ajens: *Melita insula in qua civitas Melite & Chersonesos* (sive peninsula) *& templum Junonis & templum Herculis*. Confer quod de eodem Herculis templo, ejusque ruderibus ac vestigiis nostra patrumque memoria etiam insignibus, a Joan. Quintino Haeduo litteris est commendatum in epistola, quam Melita die 20. Januarii 1533. dedit ad Sophum suum, *qui & nonnullas etiamnum Punicis litteris inscriptas stelas lapideas in insula exstare*, quae *figura & appositis quibusdam punctulis prope accedunt ad Hebraeas*, ipse αὐτόπτης testatur, Thesauri Graeviani, ante indicati Vol.XV. col.1. seq. Videsis & Commendatorem Abelam, loco supra citato, pag.155. seq., & ejusd. Thesauri col.119. seqq. At haec de nominis *Archegetae* ratione dicta sunto.

Quare vero in Phoenicio inscripto monumento alia atque alia appellatione & Hercules & ambo fratres Tyrii compareant, paullo inferius declarabo. Interea quid eruditi viri post repertum idem monumentum, in eo explanando nobis significarint, paucis est exponendum.

Digitized by Google

telligo, cur non idem, Sol sit, an non sit, dubitare possit. Etenim hoc percommode cadit,

Atque hoc in genere primum sese exercuisse video Commendatorem Equitem Hierosolymitanum Joseph. Claudium Guyot de Marne in Epistola Gallice scripta & Diario Trevultino inserta, mens.Januar.1736. art. x. pag. 155. -- 162., tum in illa commentatione *sopra un' iscrizione Punica*, Actorum Academiae Cortonensis, sive *Saggi de Dissertazioni Accademiche della stessa Accademia*, Tom.1. part.1. pag.24. -- 31. In quo utroque opusculo bilinguis inscriptionis Graeco-Phoeniciae schema quidem eruditus de Marne primus publici juris fecit; verumtamen epigraphes Phoeniciae delineatio tam male ei cessit, ut ne callidum acutumque Oedipi ingenium quid ipsa contineat divinaret; neque quicquam ab docto Academico Cortonensi afferri video, quod ad eam explanandam revera conducat.

Quod porro habet de numerorum notis, quas *Cifras Arabicas*, vulgo, sed perperam vocant, ut fuse demonstravit Cl. d'Anse de Villoison, in quarum magnam antiquitatem ipse inquisivit, *Anecdotorum Graecorum* Tom.II.pag.152. -- 157., non equidem intelligo. Quasi vero de Phoenicio epigrammate, propterea quod nonnullas prae se ferat litteras, quae ad illarum notarum numeralium formas accedere videantur, sic nobis esset iudicandum, ut characterum, quibus ipsa inscribitur, dignosci ex iisdem notis potestas quiret statuique. Videlicet, ut doctus de Marne opinatur, *Iournal de Trévoux*, loc.cit. pag.159. -- 161. & *Dissertationis* ante indicatae pag.10., harum notarum serie progressionis observata, collata autem cum ordine, quem in alphabeto Phoenicio-Poenorum tenent litterae, quasi certe affirmaretur, characteres, quos sibi fingit Punicos, seu numeros 1.2.3.4. &c. idem valere ac *Aleph*, *Beth*, *Ghimel*, *Daleth*, *&c.* Ve-

quod, quantum ex horum lapidum integritate statuere possumus & judicare, ne unum verbum

rum cui haec? Non illis sane, qui hasce litteras primis labris degustarint; sed unis illis & horum similibus, qui falsos testes, ut quidam ait poeta vetus, falsis testimoniis petunt.

Est certe id argumenti genus plane novum; neminemque eruditorum fuisse arbitror, cui illud in Phoenicio-Punicis eruendis litteris in mentem unquam venerit. Sed res ipsa aliter omnino se habet, ac longe alia esse procedendum via, ut in eiusmodi litteraturam ingrediamur, quis non videat? Verum ecquid ego haec urgeo, quae per sese mera sunt somnia? Tamen illud Cl. viro de Marne est concedendum, quod de Hebraeorum & Arabum quoque linguis scribit; nimirum, earum ope dilucidari sermonem Phoenicium posse; quin tamen hanc dialectum illarum matrem & parentem esse habendam ei concedamus.

Quoniam eruditi de Marne conaminum mentionem feci, minime tacendum reor, quod alter doctissimus vir de Phoenicia epigraphe mandavit litteris. In Academici namque Cortonensis postremam dissertationem quum Cl. Scipio Maffeius incidisset, multa suis in *Osservazioni Letterarie*, tom. IV. p. 194. — 200. de hoc monumento movit, quae sibi dubitationem suspicionesque illius sublestae fidei injicerent. Sed quamquam vir omni laude praestans is ille fuit, qui egregios in sua *Arte Critica Lapidaria* ad inscriptiones veras a falsis internoscendas, canones tradiderit; non ex uno apographo, omni sui parte male descripto, quod vulgarat Commendator de Marne, de re iudicium facere; verum ex inspectione ipsorum lapidum, vel ex aliquo saltem eorum exemplari fideliter transcripto dicere sententiam debuisset. Erat enim omnis V. Cl. de monumenti falsitate dubitatio atque scrupulus ita comparatus, ut fallacibus contineretur princi.

Digitized by Google

quidem in iis deprehendimus, quod ad locutionis vel Hebraicae, vel Syro-Chaldaicae usum,

piis; quippe quae ab se institutis criticae artis communibus advesantur regulis. Quod, sed paucis, praestitisse arbitror Cl. Antonium Gori, *Diffesa dell'Alfabetto Etrusco* pag. CVIII., qui & eiusdem epigrammatis typum, Tabul. III. pag. CIX. ibidem exhibet, ex apographo ab Anton. Maria Lupio diligentius quidem, sed aliquanto minus accurate descripto. Quod si Scipio Maffeius, ut erat vir & rerum vere antiquarum aestimator acerrimus, idem monumentum accuratius delineatum ipse vidisset, uti ab eruditis post fuit hominibus, quorum perspecta est omnibus fides ac diligentia, numquam profecto in suspicionem νοθείας illud vocasset. Tantum abest, ut alienae fidei & confictae novitatis monumentum reputemus. Cl. Maffeius idcirco in hocce inscripto lapide, & sane vetustissimo, dum fraudem est suspicatus, non satis sibi praecipiti cavit censura.

Sed id plane intemperantis critices genus si non minimam in bonas ipsas litteras partem adtulit incommodorum; quandoquidem eruditissimos aliquos eo interdum adduxerit, ut veterrimae aetatis monumenta vel dubiis & incertis, vel commentitiis ac falsis prorsus accensenda judicarent: alterum quoque incommodum antiquariae rei accessit, quod studiosi homines, item eruditionis laude singulari praediti, sed epigraphis aut male ab se lectis, aut aliunde non accurate descriptis, nimium fidentes, ab earum vera interpretatione quam longissimime deviarent. Quod sane, etsi doctis non innotescat, qui vetera monumenta pertractant, uno tamen alterove exemplo, quippe ad argumentum, in quo nunc sumus, apprime faciente, heic expedire, supervacaneum non arbitror futurum. Nam, quemadmodum fere huiusce notationis principio institui, de epigrammatis, quae Phoeni-

G 2

& quasi colorem atque habitum non accommodetur : nihil demum , si illas excipiamus ano-

---

ciae dialecti indolis penitius introspiciendae caussa, proferenda habeo ; non ante qualecumque iudicium ferre volui meum , quam praestantium etiam virorum in illis explanandis aut errata , aut praeclare excogitata commemorarem .

Ad reliquos ergo pergamus eruditos homines, qui in ipsa illa , quam secundo loco proposuimus , inscripta Melitensi epigraphe eruenda conati quicquam fuerint . Atque illud onus post suscepisse Cl. Abbat. Michael. Fourmontium intelligo ex iis , quae de eodem monumento primum est commentatus in Actis historicis , sive *Histoire de l'Académie des Inscriptions* &c. T.IX.p.167. — 170. , sed paullo fusius in *Dissertazione sopra un' Iscrizione Fenicia, trovata in Malta* , Monument. Acad. Cortonensis, superius indicata , Tom.III. pag. 68. — 110. Ecce autem uti Cl.Academicus Parisiensis legit atque interpretatur monumentum : =

ללרלל לאלף ולוע ליום תלו ועומו עוו מצור
מח שמטוה הואלו למצא לוול עוו מצור חח
עקר לווה :

Hoc est *Urinatore* (magno) *Urinatorum* Magistro , (Deo) *Duci* & (Deo) *absorbenti* : *in Die* (quo) *sublevaverunt* (anchoram) *&* *natarunt* , *exierunt* (ad verbum) *navigarunt e Tyro* ; *portum reliquerunt eum? Coeperunt invenire corallium* , *exierunt* (iterum) *e Tyro*, *ecce vastare Lydam* . Quae verba duobus intercluduntur semicirculis , se invicem respicientibus , ab ipsa Fourmontii epigraphe absunt omnino ; sed maioris explicationis gratia , Cl. auctor ea addenda putavit .

In hac lectione , quam monstrosam , & sane non iniuria dixeris , an ullum ferme vocabulum appareat , quod ad Hebraica , omnino reduci non possit , haud magni nostra interest Cl. Fourmontio dare . At quem

malias, singulis hisce linguis communes, quod ad earum analogiae leges non exigatur. Id au-

ex ejusmodi verborum nexibus, qui sane sunt ferrei, nobis obtrudit, sensum quis non videat commentitium esse? Nihil certe est in vera Phoenicia epigraphe, ne unum verbum quidem praeter τὸ צור, quod sit huiusce fictitiae lectionis simile. Verum haec sua doctus Academicus ex impuro hauserat fonte, seu apographo imperite delineato, Melita Parisios transmisso, quale illud erat Commendatoris de Marne. Quid ergo mirum, verba epigrammatis, non modo in typo male expressa, sed & suo prorsus arbitratu lecta, eorumque interpretationem, quasi extra modum absonam atque ineptam, ipsum protulisse? Quae si nihil minus quam doctis & huius litterarum studiosis probata fuerit hominibus, non est profecto, quod multum etiam miremur. Cl. idcirco Iosepho Eckhel, loc. cit. pag.397. hanc latinam interpretationem, uti falsam suspicanti, nihilique facienti, haud equidem scio, quid Fourmontii, viri alioqui eruditi & in linguis doctis studiose utiliterque versati, purgandi caussa, responderem. Hoc tamen velim observasset Cl. Vindobonensis Antiquarius, non Phoenicii monumenti obscuritati, perinde ac si nulla fere arte haec repellenda fuisset, sed uni ipsius exscriptoris vitio, nobis pro luce reddenti tenebras, insolentem illam epigraphes legendae atque interpretandae rationem esse tribuendam.

Quid porro, ut superius dixi, vel ex depravatis ejus generis monumentis, vel licet integra descriptis fide, sed perperam lectis, depromi possit, quod ad hanc Phoeniciam litteraturam cognoscendam revera conducat? Quod sane si cogitassent Cl. Auctores Novi Tractatus Diplomatici, Tom. I. part. II. sect. II. cap. XII. pag.656., in illas easdem reprehensiones non incurrissent, quas Parisiensi Academico objiciendas existimarunt. Et profecto eos non latuit, quam epi-

lerint sese, dialectum cum sermone in primis Hebraeorum veterem numquam diremisse conjunctionem.

soli ab Commendatore de Marne vulgato insistunt epigraphes exemplari, de quo quam indiligenter descriptum fuerit, paullo ante est demonstratum. Quod autem secus fecisse se dixerint, id ego tam esse falsum defendo, ut nihil magis. Quare mirari subit Cll. viros ex archetypo (*monument original*) ipsius epigrammatis monumento alphabetum Tyrium, sive Punicum, cui & lectionem & interpretationem accommodarunt suam,se expressisse, ibid. pag. 657. fuisse testatos. Atqui nihil tale est, & cuique *Marnianum* typum cum ipso illo conferenti, quod iidem, loc. cit. pag. 686. Tabula XII. num. XVI. exhibent, utrumque tam esse sibi simile, ut ovum ovo, palam apparebit. Hoc solo tamen discrimine, quod, nescio qua de caussa, duos *Marniani* exemplaris, sed eiusdem plane formae characteres oblitterarint, quod nihilosecius in suo Punico-Tyrio alphabeto, Tabula VII. num.III. litt. K. pag. 654., non omittendas duxerunt. Ac haec tam aperta sunt, ut satis sit ea indicasse.

His animadversis, quum Cl. Diplomatici scriptores epigraphen suam ex multis vitiato partibus deprompserint exemplari, ad cuius normam tum alphabetum Tyrium, seu Punicum, alteri autem Phoenicio suo, quod mireris, Tabulae indicatae VII. num.I. pag.654., una aut altera dempta littera, omnino adverso, tum suam & epigrammatis legendi atque interpretandi rationem instituerint; quid de eorum conamine sit sentiendum, haud difficile est judicatu.

Ad alphabetum quidem quod attinet Punico-Tyrium, illud plane novum sic effingunt, ut ab illa perspecta, eaque bene cognita, qua veri characteres Phoenicio-Punici gaudere debebant potestate, sit longissi-

Quas autem allato loco protuli epigraphas cum diligenter expendo, majorem in modum in

me alienum. Quod nunc demonstrare nihil est opus. Per speciem quoque plerasque epigraphes suae litteras inter se reapse dissimiles non confundendi, mirum quantum tamen illas miscent atque turbant. Ex qua earumdem litterarum summa confusione, quam conflare epigraphes lectionem ipsi potuissent, nisi unis coniecturis, ullam neque similitudinem veri, neque probabilitatem prae se ferentibus, immo vero ad vetustatem non illustrandam, sed obscurandam atque evertendam comparatis?

Quid igitur de verbis dicemus & singulis, quae Cl. Auctores sese in exemplari suo legisse comminiscuntur? Haec monstra sunt, non Phoeniciae ipsius verae ac genuinae inscriptionis voces. Sane autem, ut ne pluribus congerendis exemplis sim longior, quem vel in Bibliorum Hebraicorum lectione, vel in Iudaeorum libris paulisper exercitatum fore arbitramur, qui illud ferat τὸ ןיו, quod pro אדנין, *Dominus eius*, accipientes, in epigraphe se reperisse somniant? Quasi gens Phoenicum a remotissimis temporibus, & tunc aetatis, superstitionibus maxime implicata Deorum, ut ex Melitensi epigraphe invicte colligitur, & Graeca Herculi ἀρχηγέτει inscripta commonstrant, illud ἀνεκφώνητον, seu *ineffabile* Dei nomen יהוה IEHOVAH, non ea modo cognovisset appellatione, sed & coluisset. Quasi quoque Phoenices de summo Deo sic cogitantes, id ipsum nomen divinum, reverentiae caussa, Iudeorum exemplo, nec voce proferre, nec litteris consignare ausi, eius loco τὸ ןיו, seu אדנין, suo Melitensi inscribendum monumento curassent. Hoc si ponatur, quod παράδοξον certe sapit, ponendum utique est, τῶ יהוה vocabulum, de quo praeter Stephanum Souciet, *Recueil de Dissertationes critiques*, &c. p.232. — 294. plures eruditi viri commentati sunt, ut Drusius, Ga-

iis confirmor, quae hoc sexto Paragrapho jam persequutus sum. Nisi enim ad horum lapidum prae-

---

takerus, Altingius, Amama, Cappellus, Buxtorfius, Fullerus, Leusdenius, in illis lucubrationibus, quas Hadrianus Relandus vulgavit atque inscripsit, = *Decas Exercitationum Philologicarum de vera pronuntiatione nominis* IEHOVA; hoc, inquam, nomen, Iudaeis ארבע אותיות, *Quadrilitterum*, Graecis *τετραγάμματον*, tam apud Hebraeos, quam apud Phoenices cum suo ו *Vau*, seu *suffixo pronomine*, hoc est יהוהו, antiquitus descriptum, illis vero tribus ייו declaratum litteris, quae τῦ ארניו *Adonav* vocem, suo quoque *affixo* instructam enunciassent.

Hoc autem quibus rationum momentis eruditi rei Diplomaticae scriptores confirmarent, haud equidem video; nisi eo deveniant, ut Phoenices, ubi ubi fuissent, de Deo uno & summo idem atque Hebraeos perpetuo sensisse ac scripsisse opinentur. Neque etiamsi illud ipsum, quod incredibile videatur, aliqua ostendere veterum auctoritate possent; eorum τὸ ייו, seu ארניו *Dominus eius*, nihilo magis esset probandum. Sed hoc quoque argumenti genus, quo uterentur, cuiusmodi tandem esset, conferamus in pauca, & quantum fieri potest.

Quod vetustissimi Phoenices de vero Deo aliquando bene cogitassent, non auderem inficiari. Quum namque in Chananaearum gentium numero Phoenices ipsi, quippe communi origine, sint numerandi, ut suo loco ostendam; nihil verisimilius est, quam quod unus & idem his & illis cultus fuerit religionis. Atqui Chananaeos ab initio gentis, Abrahami etiam aetate, unius Dei sempiterni, huius universitatis rerum & conditoris & parentis cultores extitisse, indicio esse videntur quae Scriptor Sacer Moyses de ipsius Abrahami in Chanaanitiden adventu litteris tradit. Toto namque decursi temporis centum annorum spatio, quo sanctissi-

Digitized by Google

sidium me tandem contulissem, in quibus totum positum est fundamentum & quasi sedes hujus

mus Patriarcha in hac constitit regione, ab Chananaeis populis ne minimam quidem religionis caussa, molestiam non modo eum tulisse, sed & in magno ubique honore atque reverentia fuisse habitum ipsum vidimus. Regem praeterea Salem, sive Solymorum, Melchisedechum nobis ostendit Moyses, uti virum justitia & sanctitate conspicuum, & *Dei altissimi sacerdotem*, כהן לאל עליון, qui Abrahamum, a Chodorlahomoris eiusque trium foederatorum regum caede revertentem, panis & vini mystica oblatione excipit; tum sanctissimo Patriarchae, aeterni Dei nomine, coeli & terrae conditoris, quo protegente, quatuor reges fugati fuerant, felicia quaeque precatur. Is vero ab Abrahamo decimis omnium donatur manubiarum. Genes. XIV. 18. — 20. In illo quoque, quod Moyses scribit de Abimelecho, in Geraris, Philistaeorum quidem, sed intra Chananaeae regionis fines, rerum potiente, quis non agnoscat regem, veri Dei cognitione imbutum, eumque verentem? Ibid. XX. 3. seqq. Vide & XXI. 22. seqq.

Quae de illius temporis Chananaearum gentium religionis cultu summatim universimque attuli, etsi conjectura, ad similitudinem maxime accedente veri. comprobata videantur; nihilosecius iidem populi Deum ipsum nomine יהוה צבֿ precati ne ac venerati fuerint, nec ne, quamquam de divinitate alias religiose sensisse ponamus; non eum esse me fateor, qui vel inficiari, vel adserere velim.

Quum haec quasi subdubitans dico; illorum tamen haud moveor opinione, veterum Patriarcharum religionem eo tantum divini unius Numinis cultu fuisse contentam pugnantium, quae divinitatem non aliis agnosceret appellationibus, praeter illa sancta & augusta nomina, quibus in sacris libris Deus ipse nuncupa-

Digitized by Google

quaestionis, de qua mihi cum Cl. Josepho Eckhel concertandum fuit; verendum erat, ne aliqui,

---

tur; uti אלהים , ארון , אדני , אלוה , אל שדי , עליון , אל , &c. Sed horum sic opinantium magno in errore versatur sententia. Nihil enim esset caussae, quamobrem res in dubium adduci pateretur.

Non idcirco illis, sive Iudaeis, sive Christianis scriptoribus auscultandum reor, qui loco Exodi VI. 3. abutentes, de sanctissimis ipsis Patriarchis secus opinandum censeant. Qui sane locus non est ejusmodi, ut iis patrocinetur. Habet enim: = ושמי יהוה לא נודעתי להם, quod LXX. Interpretes reddiderunt: = ϗ τὸ ὄνομά μου κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς; Vulgata vero: = *Et nomen meum ADONAI non indicavi eis* (Abrahamo nempe, Isaaco & Jacobo).

Atqui ne rem multis persequar; hoc certissimum est, pluribus in locis Geneseos Deum τῷ יהוה appellatione vocari, ut IV. 26. = XIV. 22. = XV. 7. = XXII. 14. = XXVIII. 13. Adductus ergo Exodi locus eo spectat, Deum Moysi se se cumulatius manifestasse, quam Patribus ipse ante fecerat; illustrioribus nempe signis gloriae nominis sui, illa potissimum immani planeque mirabili atque stupenda potentia, quemadmodum ostendit se se, tum in Israelis liberatione ab Pharaonis servitute, tum in ejusdem Hebraici populi exitu e terra Aegypti Chanaanitidem occupaturi regionem. Quamquam Deus ipse Patriarchis jam declaraverat sese, uti summum Deum, sibi uni & omnibus sufficientem, אל שדי. „ Sed Moyses (S. Thomae hunc Exodi locum exponentis, 2. 2. Quaest. 174. art. 6. in c. „ verba „ usurpo) postea plenius fuit instructus de simplici- „ tate divinae essentiae, cum dictum est ei, Exod. „ tertio. Ego sum qui sum: quod quidem nomen si- „ gnificatur a Iudaeis per hoc nomen Adonai, propter „ venerationem illius ineffabilis nominis. „ Verum in re ab egregiis illustrata librorum sacrorum Interpre.

tanti viri auctoritate permoti, in litteris vero minus instructi Phoenicum, futuri essent, qui-

tibus nolo longior esse. Interim vide in primis Steph. Soucieti Dissertationes tres de eodem argumento ad hunc Exodi locum, in ejusd. *Recueil de Dissertations*, &c. pag.312. — 538.

Quapropter manebit τῶ יהוה nomine sanctissimos Patriarchas ipsum deum non appellasse modo, sed eum coluisse. Quod de Chananaeis gentibus Abrahami tempestate affirmari nequaquam potest. Ex locis autem a me primum productis Geneseos constare videretur, Chananaearum gentium, si non omnes, nonnullas saltem fuisse Abrahami aetate, quae unum Deum confiterentur, eumque colerent veluti infinitae potestatis rerumque omnium & conditorem & moderatorem. Fallimur autem & maxime, si insequutis aetatibus de uno vero ac summo Numine gentes easdem in illa diutius mansisse sententia, quae certissime fuit Hebraeorum. Contra, quot in gravissimos de divinitate errores, Moysis temporibus, Phoenices ipsi,ut caeteros Chananaeos taceam, incidissent,quotve numina fictilia & falsa excogitassent, ex sacris ejusdem Moysis & Josue & Judicum voluminibus satis apertum est. At quia id in praesentia non agimus, consuli possunt qui de superstitione Phoenicia egerunt, uti Johan. Seldenus, *De Diis Syris*, Syntagm. II. cap. I. II. IV. & VII. passim. = Andr.Beyerus in *Additamentis* ad eundem Seldeni librum, *Thesaur.Antiquitt. SS.*Blas. Ugolini Tom.XXIII.col.376.379.386.seq.391.seqq.&c. = Scriptores *Historiae Universae*,ex Anglico gallice factae, edit.I.Amstelod.in 4to. Tom.II. cap.VI. sect.II. pag.62. seqq. = Cl. Abbas Mignot, IX.X.XI.XII. & XIII. *Mémoires sur les Phéniciens*, ubi de eorum cultu religioso fuse agitur, Actor. Academ. Reg. Paris. Inscription. Tom. XXXVI. pag. 30. seqq. 53. seqq. 86. seqq. Tom.XXXVIII. pag.I. seqq. 40.seqq. = & alii, quos heic enumerare non est necesse.

bus mea non satis explicata visa fuisset sententia. Prolata autem inscripta monumenta tam clara

---

Quum autem apud Phoenices, quantum ex vetere historia novimus, eo usque & superstitionis & impietatis adducta res demum esset, ut, divinitatem si non tollerent, eam tamen cultu plane nefando dehonestarent; vocari in quaestionem posset, an revera Deorum suorum aliquem nominis IEHOVAH appellatione unquam indigitassent. Nam quod ex Eusebio, *Praeparat. Evangel.* lib.I. cap.IX. pag.31., de Sanchuniathone adducunt, quem, ut ejus interpres Philo Byblius, referente Porphyrio, prodidit, a Dei Ἰευὼ sacerdote Hebraeo edoctum multaque ab ipsis Hebraeis & a sacris Moysis commentariis accepisse contendunt; quae in historiam suam Phoenicum ille transtulerit, haud paucis doctis viris id omne ita comparatum visum est, ut nullam obtineat auctoritatem. Quamvis alii sint eruditi, qui secus sentiant, sicuti alibi animadverti, *Recherches sur l'Epoque de l'Equitation*, part.I. p.211. seq. Utcumque est, Phoenicii scriptoris & Moysis de ortu hujus universi, deque primo rerum principio disciplinae tanto distant intervallo, ut illos frustra esse, qui hanc concordiam tentandam suscepere non immerito observat Laurent. Moshemius, *Adnot.* in Rudolph. Cudworthi *Systema Intellectuale*, cap.I. §.XXI. pag.27. Quare non moror Cl.Abb.Mignotum, qui in suo VII. *Mémoire sur les Phéniciens*, &c. eorumdem Actor. Acad. Reg. Inscriptt. Tom.XXXIV. pag. 352. seqq., id recens enixus est, idque maxime laboravit, ut Moysem, cum Sanchuniathone hac de re componeret. Neque Eusebius est, quemadmodum Cl. Academicus Parisiensis & docti alii viri scripserunt; sed ille ipse Philo Byblius, qui de Theologia Phoenicum ex ejusdem Sanchuniathonis doctrina disserens, apud eumdem Eusebium, loc. cit. cap.X. pag.33. sic habet: = *Τοιαύτη μέν αὐτῶν ἡ κοσμογονία ἄντικρυς ἀθεότητα εἰ-*

sunt, tamque perspicua, ut verset sese doctissimus Vindobonensis Antiquarius, licet quo vo-

---

σάγουσα. i.e. *Hujusmodi autem* est *eorum cosmogonia, ut negationem plane inducat divinitatis*. Haec ille. Nam Eusebius ipse ea se & reliqua, quae hoc x. capite de Theologia Phoenicum memoriae mandaturus est, ipsismet ejusdem Philonis verbis, seu ὧδέ πως, *eo nempe modo*, quo hic interpres retulerat, expressisse, extremo capite praecedenti declarat. Caeterum haec sive Philo Byblius, sive Eusebius scripserit, sive etiam minus impia fuerit Phoenicum Cosmogonia, quam prolata eadem verba ferant; attamen quum nobis plane constet quis eorum esset religionis cultus, tot tamque commentitiis foedatus numinibus, quae & sexu & potestate & muneribus inter se multum differrent, in sacris eos ipsos, nominis τῦ IEHOVAH propria, unum aut alterum Deorum suorum invocasse appellatione, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane vellem. Neque Theogonia Phoenicum, ut ex ipso Sanchuniathone, vel ejus interprete, ipsam tradit Eusebius, loc.cit. cap.x., quicquam prae se fert, quod illud sacrosanctum & inenarrabile unius & summi Dei nomen eo sensu significet, qui vere erat Hebraeorum. Quamquam nollem committere, ut in tanta superstitione & πολυθεότητι aliquod numen colere, precari venerarique Phoenices consuesse, tamquam caeterorum supremum regem, Βασιλέα Θεῶν, & quasi praepotentem Deum, negarem. Nam quod de Assyriorum, seu Chaldaeorum *Adado* numine, seu Sole divorum, seu stellarum rege maximo, profert Macrobius, *Saturnalium* lib.I. cap.XXIII. operum edit. Londinens. 1694. pag.217., in Syros cadere & in Phoenices arbitror posse. Confer ipsum Ioh. Seldenum, loc. cit. Syntagmatis lib.I. cap.VI. edit. Lugd. Batav. 1629. pag.176.seqq. = Tobiam Pfannerum in *Systemate Theologiae Gentilis*, cap.II. §.XVI. pag.75. seq.

let; numquam erit tamen impetraturus, quin illius, quam saepius dixi, ejusdem conjunctionis

---

Cur autem Phoenices hac in Deorum opinione a reliquis discrepassent populis, non video. Nullam etenim gentem arbitror fuisse, quantacumque superstitione imbutam, quae supremum aliquod numen non agnosceret, cujus veluti summo imperio, aliorum turba subjecta esset divorum suorum. Notissimus est Homeri locus de Jove sic ajentis, *Odysseae* I. vers. 27. Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. *Pater hominumque deorumque*. Eodem pertinet quod in suis *Dissertationibus* habet Maximus Tyrius, Philosophus Platonicus, scriptor saeculi II., *Dissert.* XVII. sect. 5. edit. Londin. 1740. in qto. pag. 192. et 193.; cujus locum, sed brevitatis ergo, aegre praetermitto. Eoque, et sane multa spectant quae Johan. Gerard. Vossius, quae Rudolph. Cudworthus, quae Pfannerus, paullo ante laudatus, aliique plures apud Jo. Alb. Fabricium in *Delectu argumentorum &c. de Veritate Religion. Christian.* cap. VIII, ea de re passim collegere. Vide etiam D. de Burigny, *Théologie Payenne, ou Sentimens des Philosophes & des Peuples les plus célebres, sur Dieu, sur l'Ame & sur les devoirs de l'Homme*. edit. 2. *A Paris* 1740. in 12. tom. I. cap. III. §. I. seq. pag. 103. seqq. Nihilosecius multa in divinis describendis attributis, immo et prope infinita gentes peccasse, non est negandum. At ne in re nota & pervulgata multus & insolens sim, haec satis sunto.

Redeo ad Phoenices. Sunt qui *Molochum* tanquam summum numen eos veneratos esse putent. Hoc tamen nihil habet dubitationis, quin suum *Beelsamen* maximo honore atque observantia prosequuti fuerint. Quod numen, ut illud ἐν παρόδῳ, *obiter*, dicam, nihil aliud erat, quam Hebr. בעל שמים, *Dominus Coelorum*, seu ille ipse *Sol*, quemadmodum in Sanchuniathonis Theologicis traditum legimus: Τοῦτον γὰρ, φησὶ,

Phoeniciae dialecti cum supra commemoratis linguis testes sint locupletes. Id quum ita sit, do-

---

θεὸν ἐνόμιζον μόνον ὐρανῦ κύριον Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος ὐρανῦ, Ζεὺς δὲ παρ᾽ Ἕλλησι. i.e. *Hunc enim* (Solem) *inquit, Deum censebant unum Coeli Dominum*, BEELSAMEN *appellantes; quod in Phoenicum lingua est Coeli Dominus, Graecis autem* JUPITER. Haec Sanchuniathon, sive interpres Philo Byblius apud Eusebium, loc. cit. cap. x., editionis, qua semper utor, Francisc. Vigeri, pag. 34. Neque alio nomine τῦ ܒܥܠܫܡܝܢ, ut in *Bibliothec. Oriental.* Tom. I. pag. 327. not. 1.) observat Cl. Joseph. Simon. Assemanus, IOVEM Syri designare solent. Sed in hac vana, sicut erat, Phoenicum superstitione exponenda diutius fortasse constitimus, quam necesse fuit.

Cum autem hos Phoenices ipsum IEHOVAH neque cognovisse, neque coluisse Hebraeorum more contendo; nihilominus illos, quibuscum Hebraeis ipsis usus multus esset, idem summum venerandum Dei nomen penitus ignorasse, ne vix quidem crediderim, quod aliis multis gentibus, sed paullo diverso modo prolatum, non fuit plane ignotum. Theodoreto enim auctore, *Quaestion.* XV. *in Exodum*, oper. Tom. I. edit. Paris. 1642 pag. 86., Samaritani illud Ἰαβὲ appellabant, quod Graecis erat Ἰαώ, ab τῦ יהוה vocabulo nequaquam alienum. Vide Diodori Siculi *Biblioth. Histor.* lib. I. cap. 93. pag. 105. alias 54., & not. Wesselingii, ibid. = Macrobium, loc. cit. lib. I. cap. XVIII., & notationem Isaaci Pontani in eund. loc. pag. 202. = Nicol. Fullerum in *Miscellaneis Theologic.* lib. II. cap. VI. & lib. IV. cap. XIII. & XIV. pag. 191. seq. 499. seq. 505. seqq. = Adeas quoque Andr. Beyeri *Additamenta* ad Seldeni de *Diis Syris*, Syntagma II. cap. I., Blas. Vgolini *Thesaur. Antiquitt. SS.* Tom. XXIII. col. 389. seq. = Sixtin. Amamae *Dissertat.* de nomine יהוה, num. LIV. seq. *Antibarbari Biblici* pag. 321. & 354. seqq. = Etienne Souciet,

Google

ctorum virorum de ejus generis epigrammatis eruendis inter se dissensiones, quas Cl. Eckhel

---

Dissertation critique sur le Nom de Dieu IEHOVAH, Dissertatt. superius indicat. pag.276.seq. 283.—285.

Nunc vero ut omnes intelligant, quantum praeter rationem eruditi Diplomaticae rei scriptores illud τὸ יין in suae epigraphes lectione usurparint; proponam paucis modum, quo Judaei & veteres & recentiores hoc legerint nomen יהוה atque scripserint, unde totius hujusce quaestionis pendeat dilucidatio.

Quamvis Iudaei de hoc השם הנכבר והנורא הזה, *glorioso, & terribili hoc nomine*, Deuteron. XXVIII. 58., haud pauca fabulentur, minime tamen dubium est, jam usque a multis longe saeculis illud in communi usu atque in ipsorum more versari, ut hoc vocabulum vulgo non efferrent. Quod venerationis ergo ipsos primum fecisse est credendum; & fortasse ne ludibrio gentium divinum nomen exponeretur, vel etiam in populo Dei vilesceret, ut ait Vossius, *Theologiae Gentilis* lib.I. cap.II. Oper. Tom.V. edit. Amstelod. 1700. pag.6. In Danielis certe & Esdrae, bene multa Chaldaice scribentium, sacris libris τὸ יהוה numquam legitur, sed alio Deus ipse appellatur nomine. Quod veteres quoque interpretes in sacris convertendis voluminibus omnes ad unum fecerunt, idem nomen per τὸ *Adonai* semper exprimentes; uti LXX., Theodotion, Aquila. Symmachus, Auctores V. & VI. Editionis Graecae, quin etiam Hieronymus ipse & Vulgata nostra, tum Arabs, & Persica & Aethiopica & Syra versio, &c. Hodierni vero Judaei, hoc in legendo divino nomine majores suos imitati, religiosa quadam timiditate, immo & animi superstitione, idem nomen proferre non audent. Quare exemplo majorum magna religione, eo adducti sunt, ut in ejus locum, vocabulum alterum, nempe ארני *Adonai*, modo tribus ייי *iodim*, sicuti vetustae Chaldaicae plures exaratae manu Paraphrases ha-

tantopere obtendit, non ejusmodi sunt, ut ab Phoeniciae litteraturae ingenio dignoscendo nos

---

bent & ipsae Venetae a Felici Pratensi vulgatae; modo duobus יי, uti in earumdem posterioribus editionibus ab Iudaeis factis, atque in eorum ritualibus praesertim libris videre est, semper sufficiant.

Atqui si in Phoenicia Melitensi epigraphe τὸ יין cum doctis Benedictinis legatur, admittamus necesse est, moris olim fuisse Judaeorum tam vetustissimae, quam recentioris aetatis, ut illud ipsum τὸ יהוה suo, ut ante dicebam, *Suffixo Pronomine* instructum, id est יהוהו, sed ob reverentiam per τὸ יין, seu ארניו, vel proferretur, vel scriberetur. Quod quantum & ab usu & more perpetuo idem sanctum nomen describendi plane abhorreat, ex ipsis sacris Hebraeorum voluminibus evidenter demonstratur. Et re quidem vera reclamant vehementer exempla universa & non pauca iisdem in Bibliis obvia. Cujus rei ratio est, quod hoc divinum nomen nullum unquam *Affixum*, seu *Suffixum* patitur, neque ה *Demonstrativum* recipit, neque formam regiminis admittit, neque flexionem in numerum pluralem. Confer Joan.Leusden in *Jona illustrato*, &c. pag.72.seq. = Jo.Henr.Othonis *Lexicon Rabbinico-Philologicum*, pag.292. Quod quum apertius sit, quam ut negari possit, aut debeat; corruat oportet τῶ יין lectio, quam Phoenices in sua usos fuisse Melitensi insriptione Cl. Diplomatici scriptores praepostere contendunt. Quamobrem aliam atque aliam esse in ipsa epigraphe quaerendam tam est certum, ut nihil magis.

Utrum autem caetera, quibus iidem doctissimi viri inscriptum Phoenicio-Punice Melitense describunt monumentum, verba sermonis sive Hebraici, sive Chaldaici analogiae bene accommodentur legibus, nec ne; non video quid ex hac consideratione erueretur, quod ad inscriptionis explanationem conferret. Hoc solum animadverti volo, quod nullo vacare dubio po-

prorsus deterreant avocentque. Quid autem refert, an unus & alter eruditorum virorum hasce

---

test, scilicet; quidquid de hac sua epigraphe afferunt eruditi viri Benedictini, Herculi quidem dicata, (& istud explorate certum est) sed, ut ajunt, tanquam grati animi monumentum eidem sacratum numini pro victoria a Tyriis, aut Chartaginiensibus ex hoste relata, ad Cossurensium vero utilitatem; omne id purum putum commentum est.

At haec potissimum urgenda censui, caetera vero, quae aut nullius aut levioris sunt momenti ac ponderis, praetermittenda; ne nimia oratione plus vagari ipse viderer, quam res ipsa postularet. Hoc igitur satis habui commonstrasse me, quam inani ac fallaci inniteretur fundamento doctorum Diplomaticae rei scriptorum ipsius epigraphes expositio.

Pergam nunc, ut coepi, in reliquos eruditos homines, qui jam paucissimi restant, de inscripto Phoenicio monumento disserentes inquirere. Quibus sane, si Phoenicum litteratura aliquod tandem incrementum cepit, iis omnino deberi lubens profiteor. Atque ea ratione id onus, quod mihi imposui, pro virili parte perficere annitar, ut, si quicquam minus recti ab doctissimis iisdem hominibus de epigrammate commentati fuerint, non in ipsam Phoeniciae dialecti naturam & indolem, quantumvis implexa atque obscura ponatur, illud esse transferendum, verum ab una sola inscripti monumenti lectionis varietate repetendum, ostendam.

Hactenus, Cardinalis amplissime STEPHANE BORGIA, quorum mentionem fecimus, doctos homines de Melitensi item insigni Phoenicio epigrammate vel ne minimum quicquam ad eius explanationem afferentes vidimus, vel in varias, easque plane discrepantes, ne dicam absonas atque ineptas abeuntes coniecturas. Quas sane eo consilio proferendas duxi, ut simul appareret, quibus hac in re exotico-antiquaria

Digitized by Google

parvas Phoenicum tabellas, veluti magno naufragio interceptas, secus interpretati fuerint, quam ferebat vera earum explanatio?

---

nos implicemus erroribus, si ex nullius auctoritatis ac ponderis apographis, eius generis monumentorum aut γνησιότητα, sive *ingenuitatem*, suspectam ac dubiam cum Scipione Maffeio incaute habeamus, aut cum doctissimo Vindobonensi Antiquario de Phoenicum sermonis natura atque indole tum sententiam ferre, tum iudicium pronuntiare minus prudenter properemus. At haec missa facio, quae per se jam explorata sunt.

Ad Epigraphen nunc est veniendum. Quid porro reipsa ea complectatur, ante, uti soleo, eruditorum hoc in genere studii laude praestantium, exponam interpretationes, quam ipse declarem meam. De qua epigraphe hoc possumus vere dicere, ex ipsomet archetypo, seu duobus, ut pag. 93. exposui, inscriptis marmoribus, singulari studio, Melitae prius forma excussis gypsea, indeque Parisios integerrime exportatis, minuta ac scrupulosa, si qua unquam fuit, diligentia atque cura, hanc ipsam fuisse expressam. Huiusce autem rei testis gravissimus est ac locupletissimus doctus ipse Barthelemy, qui, ut nullam omnino de epigrammatis integritate dubitationem apud se relinqueret, Cl. Comitis de Caylus sedula primum usus industria atque opera, nihil antiquius habendum curavit, quam ut ad eiusdem Melitensis archetypi fidem suarum inscriptionum typos publicaret Phoeniciarum. „ Mes copies (ait ille in sua ad Ioannem Swintonum „ proxime indicanda responsione pag. 6.) sont des „ moules en plâtres, pris sur les originaux, & qui „ peuvent en tenir lieu. Mais afin qu'il ne reste au- „ cun doute à cet égard (de duabus nempe litteris, „ de quibus inter ipsum & Swintonum controversa-

Et sane in utroque Phoenicio-Punice inscripto lapide, & Carpentoractensi, quem adnota-

---

„ batur) j'ai fait calquer sur le moulé le plus net „ & le mieux conservé, la premiere des planches que „ je joins à cette réponse (cuius mentionem modo „ faciam) „. Quem locum eo attuli, ut quae eruditi viri hac in re fuerit diligentia, magis magisque intelligatur. Conferendus ipse Barthelemy in suis *Réflexions sur quelques monumens Phéniciens & sur les alphabets qui en résultent*; Actorum Academ. inscript. Tom. xxx. pag. 408. = Eiusdem *Lettre à M. le Marquis Olivieri, au sujet de quelques monumens Phéniciens; pour servir de réponse à deux Lettres* (Ioannis Swintoni) *insérées dans le* 54. *Volume des Transactions Philosophiques. A Paris* 1766. pag. 6. ante indicata.

Nam quod aliquis fuerit, qui eruditissimi nostri Academici Galli fidem in suis, de quibus agimus, epigraphis ex Phoenicio archetypo describendis Melitensi, desiderandam putarit, id ego unius se contentionis studio fecisse, ne vix quidem dubito. Miror idcirco Cl. Olai Gerhadi Tychsen imprudentiam, Barthelemyum critico dente, sed iniuria carpentem, perinde ac si hoc in suscipiendo sibi negotio minus diligens fuerit. Epistola enim sua *Buzovio in Academia Fridericiana* 28. decembr 1785. ad Ill. virum Francisc. Perezium-Bayerium data, *Numorum Hebraeo-Samaritanorum Vindiciis* Cl. eiusdem Hispani cap. III. inserta, haec habet pag. 57. seq. „ Praecipue vero oculi mei te„ nebantur felicissima tua inscriptionis Phoenico-Me„ litensis interpretatione a me olim quoque tentata, „ laetus Te omnem fere lapidem movisse. Id unum „ praeoptassem, ut ab amicis tuis Melitensibus ipse „ accuratam utriusque inscriptionis quae in duobus „ marmoribus repetita exstare dicitur, delineationem „ Tibi expetiisses, prius quam ectypo Barthelemiano „ nimium habuisses fidem „. Quid autem Cl. Ty-

tione nostra ad imas rejecta paginas, sumsimus illustrandum, & Melitensi, de quo ex instituto

---

chsenius majoris diligentiae suae ostentatione adducat, ut eruditorum nemo cum eo conflatam ab se Academico Gallo expostulet injuriam, audiamus ipsum. Atque ille idem loc.cit.pag.58.sic subiungit.,,Vidi enim exem-
,, plum huius inscriptionis, cuius dictio quarta lineae
,, primae scripta erat צב pro צר apud Barthelemium,
,, vox prima secundae עבדי quidem, nisi me omnia
,, fallunt, recte: Quod ideo me commovit ad transfe-
,, rendum לאדננו רמלקרת בעל צבא שנדרו עבדיו *Pro*
,, *Deo nostro Melicerta Domino exercitus*, (est) *quod-*
,, *voverunt eius servi Ebedaser & frater eius &c.* Quae
,, sic translata non modo cum Graeco Ἡρἀκλει ἀρχη-
,, γέτει (מלקרת בעל צבא) optime concinunt, sed
,, etiam omnem tollunt dubitationem quaerenti,
,, cur homines Tyrii Herculem quem Deum suum di-
,, cebant, Tyrium quoque nominaverint, quum hoc
,, cognomen a Tyriis prolatum omnino supervaca-
,, neum et plane incongruum dici posset: in reliquis
,, tuae subscribo interpretationi,quae omnes alias lon-
,, ge post se relinquit".

Caetera vero, quae adiungit Cl. Tychsenius ad certiorem epigraphes aut nihil faciunt illustrationem; aut ab se eo adducuntur, ut plane singularis, velit nolit, ac summa Barthelemyi in epigramate exscribendo diligentia, in discrimen quasi per invidiam vocetur. Quorsum enim exempli caussa, illa dubia recidunt, quae Cl. Tychsenius ibidem movet? cum ab Ill. Perezio-Bayerio sese edoceri significat, videlicet; utrum in duobus inscriptis marmoribus litterarum figurae aliquam varietatem prodant scriptionis, nec ne. Cui sane dubio doctus ipse Barthelemyus iam fecerat satis. Quam praeterea Cl. Tychsenius ibidem affert de simulacro, aut alio donario, quod super stybolata duo collocatum primitus fuerit, puram putam esse conje-

nunc agimus, exponendo, admodum inter se dissensisse, immo etiam multa peccasse il-

---

cturam,bona docti viri venia,equidem existimo. „ Crediderim, inquit, hos Tyrios vel campanam nauticam, aut aliud quoddam tinnitum edens instrumentum Herculi dedicâsse, ut si eius sonitum audiret, successum eius prosperum in expeditionibus suis forte bellicis largiretur; atque hoc laudabile institutum verbis כשמע קלם יברכם exprimere voluisse; nam קול etiam de rebus inanimatis in Sac.Scriptura adhibetur „. Haec ille quidem. Sed quid erit hariolari, si hoc non est; & hariolando in erroris periculum committere sese, atque incautos velle decipere? Profecto quodnam *ἄγαλμα*, seu *simulacrum*, aut *ἀνάθημα*, seu *donarium*, Herculi deo supplicantes Fratres Tyrii consecrarint, titulus ipse Phoenicio inscriptus silet omnino. Nihilo tamen minus in monumenti apographis, hactenus aeri incisis, a me diligenter & attente inspectis, neque simulacrum, neque campanam nauticam, quam sibi fingit Cl. Tychsenius, neque huius quidpiam simile mihi videre unquam contigit. Contra, illo in monumenti typo ab Anton. Maria Lupio, viro certe veterum lapidum studiosissimo,& Melitae ab se delineato, quodque aeri item incisum Anton.Francisc.Gorius suae *Diffesa dell'Alfabeto degl' antichi Toscani*, uti superius pag.99. adnotabam, inserendum curavit, *Praefat.* pag. 109., candelabri parte superna mutili speciem ipse video, & viderunt Lupius & Gorius. Neque me movet unum aut alterum eiusdem monumenti a VV. Cll. de Marne & Ioan. Anton. Comite de Ciantar vulgatum apographum, lapidem, coni integri, inferius suis ornati frondibus, formam referentem, exhibens. Quod tamen ornamenti caussa potius in suis ectypis eos repraesentasse, quam ipsum superne truncatum revera ferat monumentum. Sit ergo, sicuti dixi, candelabri species.

los caeteroquin doctos homines, quorum ibidem fecimus mentionem; ex iis quae satis copiose

Quod donarium inter alia varia & multiplicis speciei numinibus dicata, de quibus in primis egerunt Iacob. Philipp. Tomasinus in libro singulari *De Donariis & Tabellis Votivis*, Patavii rursum edito, an. 1654. passim, & Everhardus Feithius, *Antiquitatum Homericarum* lib. I. cap. XI. edit. Argentoratensis 1743. pag. 82. seqq., aliique; hoc, inquam, donarii genus ad Deorum cultum spectasse ex inscriptis praesertim lapidibus plane evincitur. Consule Ian. Gruterum, *Inscript. Antiq.* pag. 175. num. 4. = Thom. Reinesium, *Syntagm. Inscript. Antiq.* class. I. num. 273. pag. 238. = Anton. Muratori. *Nov. Thesaur. Vet. Inscript.* pag. XX. num. 3., eiuscemodi donaria proferentes. Vide & Bernard. de Montfaucon, *l'Antiquité expliquée*, Tom. II. Part. I. lib. III. Tab. LXVII. seq. & pag. 748. seq. = Anton. Francisc. Gori. in *Museo Florentino*, Gemmar. Classe IV. Tom. I. pag. 119. & Tom. II. 152. &c. Neque omittenda quae hanc in rem docte edisserit Cl. Gaetanus Marinius in suo *Discorso intorno all'uso de' Maggiori Candelabri presso gli Antichi, fatto in occasione dell'essersi acquistati poc'anzi dalla Santità di N. S. Papa Clemente XIV. tre di questi Candelabri*; *Giornale de' Letterati*, Pisis editum, Tom. III. anno 1771. art. V. pag. 147. seqq. Videat etiam Lector insignem lapidem Romae effossum anno 1729., nunc vero Velitris Borgiani Musei alterum ornamentum, atque ab eodem Marinio, sui egregii operis, cui titulus est, *Gli Atti e Monumenti de' Fratelli Arvali*, pag. 49. indicatum, & Tab. aeri incisa ad archetypi inscripti Borgiani fidem diligentissime exactum. In quo marmore bonae certe antiquitatis, duo memorantur cereolaria, sive candelabra, *Domino Aesculapio & Hygiae* dono consecrata. Meretur sane quod consulatur lapis, longe accuratius descriptus, quam ante fecerat Anton. Muratorius, loc ante cit.

iam posuimus & deinceps sumus dicturi, nemo unus est harum studiosus litterarum, quin per-

---

At est altera Phoeniciae epigraphes lectioni propius accedens, docti Tyschenii opinatio, digna profecto aliqua animadversione. Hocque ipsi praedico, haud meliorem, quam superioris suae de campana nautica coniecturae fuerit, exitum eius quoque futurum. Atqui exemplum sese inscriptionis huius vidisse ait, *cuius dictio quarta lineae primae scripta erat* צב *pro* צר *apud Barthelemium*. Nolo equidem gravissimo viro Tyschenio id asserenti fidem derogare. Quam vereor tamen, ne ille ipse male omnino legerit? Nam si eo legerit modo; certe non ex alio quam nullius fidei atque auctoritatis, utpote indiligenter delineato exemplari eiusmodi ineptam lectionem, de Barthelemyi autem diligentia deterius suspicandi caussa, avide arripuerit. Illud est praeterea singulare, quod alibi contendit. At enim hanc se se eandem lectionem tueri ipse arbitratur numismate, quod recenset Cl. vir Jacobus Eckhel in suis praesertim *Numis Veterum Anecdotis*, part. II. pag. 309. seq. & Tab. XVI. num. 14. Confer & eiusdem *Catalog. Musei Vindobonens.* Tom. I. pag. 287. Tab. V. num. 5. Qui numus tantum abest, ut fidem Barthelemyi suspectam ne minimum reddat, ut plane evertat potius τῦ צבא lectionem Cl. Tychsenii. Attamen ipsum rursus audiamus, uti habet in altera ad Francisc. Perezium-Bayerium epistola Butzovio item data XVII. Cal. Dec. 1787., earumdem Cl. Hispani *Vindiciarum* superius cit. cap. III. pag. 88. „ Nuper, ait Cl. Tychsenius, habui ei similem (numum) quem Cl. Eckhel de Numis Anecdotis part. I. (leg. part. II.) Tab. XVI. 15. (leg. 14.) incidi curavit, in cujus adversa parte Iovis, sive Herculis sedentis verba בעל צבא legenda mihi videntur; quae et inscriptione Melitensi, ut quidem opinor, occurrunt. Sed haec tuo arbitrio sit permissum “.

cipiat. Quidquid igitur illi peccarint, & peccarunt profecto; quantumvis de eorumdem inter-

Ergo ne τὸ צבא in numi Eckheliani parte antica habetur? Malum. Ego vero longe aliter legendum censeo nempe, תרז. Neque ullum in hisce versandis paullo exercitatum litteris futurum, mea fide promitto atque confirmo, qui secus ac ego lego, decernat. Quid enim istud vocabulum est, nisi id ipsum est τὸ תרז, *Tarz*, hoc est *Tarsus*? Certissime de singularum hujusce vocis litterarum, quibus in adversa exaratur numus, videlicet ת *Tav*, ר *Resch* & ז *Zain*, tum lectione, tum vera ac genuina potestate ne dubitari quidem, multo minus coniectura disceptare quisquam potest. Eritque mihi eruditissimus ipse Cl. Tychsenius magnus Apollo, si Phoenicio aliquo ostendere monumento tres numo Eckheliano, de quibus quaerimus, inscriptos characteres alia esse legendos ratione unquam possit.

Vidi & ego ipse, atque ex Borgiano Museo tetradrachmon prae manibus plus semel habui, in antica IOVIS item seminudi & sedentis, sed hastam, aut potius longum sceptrum, aquila, alis expansis, ornatum, dextra tenentis &c., signatum typo, eandemque τῶ בעל תרז ἄλ *Baal-Tarz*, *Domini*, seu numinis tutelaris *Tarsi*, vel Tarsensis, exprimentem epigraphen. De quo egregio numo eximiae raritatis atque integritatis, quem ineditum existimo, suo dicetur loco.

Hanc vero epigraphen iisdem plane insignitam characteribus, at plus minusve accurate ab Antiquariis delineatam, numos alios ipsius *Jovis Tarsensis* ectypon prae se ferentes, vulgarunt eruditi viri, uti Comes Thomas Pembrochius, *Numismat. Antiq.* part. II. Tab. 87. num. 6. 7. 8. & 9. = Ioseph. Pellerinius, *Recueil de Médailles de Peuples & de Villes*, Tom. III. Tab. CXXII. num. 8. = Ludov. Dutens, *Explication de quelques Médailles Grecques & Phéniciennes*, edit. 2.

pretatione monumentorum plurimum discreparint; quae istâ adduci Phoeniciae litteraturae

---

Dissert. I. pag. I. 24. seqq. Dissert. II. Tab. I. num. 3. & 4. pag. 126. Cui tamen doctissimo viro duos hosce postremos numos MALLO, Ciliciae oppido, tribuenti, ipsae in aversa inscriptae Phoeniciae litterae longe aliter interpretandae in caussa sunt, quare non assentiar. MAZACAE namque, seu Caesareae in Cappadocia, eos potius adiudicandos numos, quantum mihi iudicare licet, facile opinarer. Qua de re alias. De quibus autem numis τȣ̃ בעל תרז similiter inscriptis, confer etiam ipsum Cl. V. Eckhel, *Catalog. Musei Vindobonensis Numor. Antiq.* Tom. I. Tab. V. num. 5. & 6. — & quos in *Doctrina Numor. Veter.* part. I. pag. 412. — 413. ille idem recenset.

Sed video, quam rem eo loci Cl. Antiquarius Vindobonensis agat „ Utrum verum, inquit, (hi „ numi Iovis typo signati) sint Malli, & epigraphe „ legenda BAAL TARZ, id est: *Jupiter Tarsensis*, „ & in aversa: MIZZERAG. MVTH. *ab implectendo* „ *mors*, ut visum Swintono, *Philosoph. Transact.* „ Vol. LVII. pag. 266., in meris ac ludicris coniecturis „ putandum. Sane confitetur Barthelemyus, cum longam his litteris resolvendis operam dedisset, nihil „ denique reperisse, quo sibi satisfactum videretur. „ *Mémoires de l'Acad. des Inscript. B. L.* Tom. XXX. „ pag. 424. in nota „. Haec ille loc. cit. & pag. 414.

Iam hoc prospiciebam equidem, fore ut, qui Phoeniciae gentis dialectum & eius varios, quibus monumenta describuntur, characteres in summa iacere obscuritate, nullo eruditorum virorum conatu hactenus dissipata, contendit, is ipse ita esset animo institutus, ut τȣ̃ BAAL-TARZ, quod aliquot numi proculdubio proferunt, ei nequaquam vel parum omnino lectio probaretur. Illud autem ipsi erat reliquum, ut quam Cl. Tychsen sibi legisse visus in numo Eckhelia-

/ —

dijudicandae ratio potest criticae facultati magis adversa? Fuerit haec Cl. Josepho Eckhel, quod ad

no & suo est, doctus Vindobonensis eandem ac plane insolentem בעל צבא ט̃ר ab se verisimiliter cognitam, opponeret lectionem, quò rem ipsam totam magis magisque in meris esset, uti ille idem ait, ac ludicris putandam coniecturis existimaret. Quare vero Tychsenianam tacitus praetermisserit, id mea minime refert. At quid rei sit, quod loc. cit. Cl. vir scribit, paucis disquiram.

Quod ad oppidum MALLUM iidem, de quibus agitur, numi sint referendi, an non; iam quid mihi videretur, paullo ante dixi & suo declarabo tempore. Neque Swintoni alteram aversae partis lectionem moror, ut pote quae purum putum commentum sit. Quare nullus heic est de Cl. Eckhelio conquerendi locus. Sed quoniam occasionem prioris lectionis BAAL-TARZ in invidiam vocandae captat eruditissimus Vindobonensis Antiquarius; idque simulat, se, quod Cl. Barthelemyus revera non dixerit, in Barthelemyo invenisse; patiatur, ut ipsi aliquid respondeam.

Et profecto de hac postrema lectione ne verbum unum quidem apud Barthelemyum, loc. cit. Expendamus modo quae ille idem scribit. Ait enim ibidem not. g) „ Dans une lettre imprimée dans le Journal „ des Savans (*mois d'Août* 1760.) j'annonçai (p.8.) „ le mémoire que je publie aujour d'hui (videlicet, „ de Melitensi ipsa epigraphe) & j'ajoutai que je tâ- „ chai d'y éclaircir 1. une inscription Phénicienne qui „ est à Carpentras (de qua jam satis a nobis superius „ pag. 79. — 93. not., est disputatum) : 2. plusieurs „ médaillons d'argent dont l'un, suivant quelques An- „ tiquaires, représentoit la tête d'Annibal; dont les au- „ tres offroient un lion domptant un taureau ou un „ cerf. J'ai depuis examiné l'inscription de Carpen-

rem nostram attinet, probata sententia; mihi quidem certe, qui quae Phoenicum monumenta ferant noverim, probabitur omnino numquam.

„ tras avec plus de soin, elle m'a paru mériter un
„ mémoire particulier, & je l'ai lu à l'Académie. J'ai
„ examiné les médailles de nouveau, l'explication que
„ j'en donnai ne m'a pas ENTIEREMENT satisfait, & j'ai-
„ cru que je devois, quant à présent, me dispenser de
„ la publier „.

Quibus certe in verbis nihil ne se omnino, post longam hisce evolvendis litteris datam operam, reperisse Cl. Academicus Gallus confitetur? Id unum dicit iisdem in explicandiis numis non sibi satis planeque fuisse factum. De epigraphe vero Phoenicia numi, Annibali falso adiudicati, & huius similium protomen Iovis sedentis repraesentantium, ne vola quidem. Quonam etenim pacto de hac epigraphe inter incertas ac dubias numeranda Barthelemyus cogitasset, qui easdem ipsas litteras, τȣ̃ BAAL-TARZ complexas vocabulo, in illis praesertim, quae interpretanda sumpturum ibidem scribit, epigrammatis & Carpentoractensi & Melitensi indubitanter passim obvias, sibi iam perspectas haberet atque explorate cognitas? Nec vero Cl. Gallus quicquam de genuina harum potestate litterarum eo loci videtur suspicari. Dubitatio idcirco, aut animi fluctuatio, si quam loc. cit. apud se unquam reliquit Barthelemyus, non alio profecto est transferenda, quam ad caeteras iisdem numis parte aversa inscriptas litteras, de quarum vero significatu, cum illa ante prolata adnotabat verba, non dum plene sibi constaret.

Sane, ne quid dicam amplius, si quae Barthelemyus ipse de litteris Phoenicum suis in alphabetis passim statuerat, Cl. Ioseph Eckhel omni praeconcepta opinione eliminata consuluisset, nullam esse proponendam eiusdem epigraphes lectionem lubens agno-

Digitized by Google

Non est profecto, quod mihi tantum tribuam, ut bene illustrare inscriptos Phoenicum

---

visset, hac ipsa τα̃z בעל תרז & clariorem & tutiorem. Quapropter cum eruditus Vindobonensis Antiquarius *utrum in meris ac ludicris coniecturis* id genus numis adscriptae Phoeniciae litterae sint *putandae*, dubitat; nihil aliud utique facit, quam ullo sine documento, sine teste locuplete ab doctissimorum virorum recedere sententia, uno ore, quemadmodum apposite animadvertit Cl. Franciscus Neumannus, in *Populorum & Regum Numis Veter. inedit.* part. altera, pag. 53., easdem litteras *Baal-Tarz*, sive *Baal-Tars*, id est *Jupiter Tarsensis* interpretantium.

Id vero, quum revera firmatum sit doctorum, quos legerim, Antiquariorum, unanimi consensione atque bene comprobatum; quem hac ipsa Phoenicum litteratura aliquantum instructum censemus futurum, qui eiusmodi lectionem sit in quaestionem unquam vocaturus?

Ad Cl. virum Tychsenium redeo. Huius autem doctissimi viri peccatum est omnino duplex. Principio quum spuriam lectionem pro vera supponit, in suo numo certissime legit quod numquam exstitit. Quod equidem arbitror demonstratum plane ad veritatem. Deinde eiusdem numi aut sui, aut Eckheliani typum adversae partis referens, eum dicit esse *Iovis*, *sive Herculis sedentis*: in quibus paucis verbis multa etiam peccat. Perinde atque Iupiter idem plane ac Hercules esset nuncupandus, & utrius fictitii numinis symbola, ut universa fert Numismatographia, & monumenta commonstrant veterum, nullo prorsus modo distincta inter se fuissent. Quo in antiquo monumento vel metallo, vel lapide unquam vidit Cl. Tychsenius ipse Herculem specie vetulum, sedentem, aut hastam, aut sceptrum tenentem, dextra fulmen, aut victoriolam, aut aquilam, &c.; contra vero, Iovem exu-

Digitized by Google

lapides atque metalla facile possim, qui, quid ipse valeam, & sane minimum valeo, ego unus

---

viis Nemei leonis, saepe sinistrae obvolutis tectum, dextra clavam, modo arcum & sagittas utraque manu, aliave tractantem? Mitto caetera satis obvia, idcirco non necessaria. Quod si in illo plane singulari *εὑρήματι* tuendo de utroque numine, typos suos invicem permiscente, placuerit ipse sibi Cl. Tychsenius, ipsum beatum praedicem, qui nulla symbolorum atque figurarum, quibus populi et urbes numos ab se percussos antiquitus signari consuessent, habita ratione, id inventum suum, doctrinae genus complexum Antiquariis prorsus incognitum, sed novam veluti lucem huic studio affusurum numismatico, nobis perliberaliter largiatur.

Nihil valeant idcirco de his & similibus, a nobis productis, caeterisque varie figuratis typis hactenus ab doctissimis viris, Golzio, Havercampio, Patino, Ill. Cardinali Norisio, Haymo, Begero, Liebeo, Spanhemio, Vaillantio, Harduino, Gorio, Froelichio & ipso Cl. Josepho Eckhel aliisque bene multis, quos commemorare & esset longum, neque est necesse, numorum veterum constitutae doctrinae. Ipse JUPITER, sive *Tarsensis*, sive quisquis alius fuerit, licet in numis, quos indicavimus, illis obsignatus symbolis, quae Divorum Patrem potissime exprimunt, nomine quoque HERCULIS, aut *Tyrii*, aut quocumque demum altera ratione vocetur, erit appellandus & vicissim. Dixerit haec eruditus Tychsenius. At erunt Antiquarii verae doctrinae addicti veterum numismatum, quibus ea parum digna videbuntur, quae ab docto proferantur homine, qui meritam laudem multis scriptis editis testatam reliquit.

Non est quod fortasse dicat Cl. Tychsenius, nihil sibi videri caussae, cur miremur, se id genus numorum ad ***Jovem, seu Herculem sedentem*** retulisse. San-

omnium optime novi. Attamen hoc unum mihi erigit animum, quod in eo studii genere quam-

chuniathone namque auctore, sicuti memoriae prodidit Philo Byblius apud Eusebium, & superius adnotabamus pag.111. seq., quum *Sol*, *Jupiter & Beel-Samen*, alias בעל שמש, *Baal-Schemesch*, in sacris cognominatus libris, unum & idem Phoenicibus numen fuerit; quare *Hercules*, Tyriorum Deus, alius ab ipso *Sole*, seu *Jove*, seu *Beel-Samen* exstitisset? Atque sunt qui ipsum *Beel-Samen*, tum a MOLOCHO, tum a REMPHAN, numinibus fictitiis, non esse distinguendum pugnent; MOLOCHUM vero ab SOLe non diversum, ut censet Johannes Seldenus *De Diis Syris*, Syntagm.I. cap.VI. pag.177.seq.; eundemque ac *Herculem*, seu *Baal* fuisse Tyriorum, non dissentit Aug. Calmet in *Dissert.de Moloch*, *Deo Ammonitarum*, eius commentario in *Leviticum* praemissa, pag. 16. & seq. edit. Latin.& in eiusdem *De numinibus Chananaeorum* Dissertat. altera, quam commentariis suis in *Prophetas Minores* praefixit, pag. 646. seq. Quam utramque habes in *La Sainte Bible en Latin & en François, avec des notes littérales*, edit. Avenionens. 1768. Tom. II. pag. 362. & 364. Tom. III. pag. 549. seqq. = Vide & Thom. Godwini *Mosen & Aaron*. lib. IV. cap. 11. §. XXIII. seq., Blas. Ugolini *Thesaur. Antiq. Sacr.* Tom. III. col. 311. = Paul. Ernestum Jablonski, REMPHAPH, *Aegyptiorum Deus, ab Israelitis in Deserto cultus, nunc ex lingua & antiquitate Aegyptiaca erutus & illustratus*. Hoc autem vocabulo *Regem Coeli* indicari seu *Solem*, pluribus commonstrat eruditus vir §. XI. seqq. Blas. Ugolini loc. cit. Tom. XXIII. col. 594. seqq., Cujus numinis cultum illum esse, quem Amosum Prophetam, V.26., & sanctissimum protomartyrem Stephanum, Act.VII. 43., Israelitis exprobrasse; illumque Astra Coeli respexisse, Solem in primis & Lunam, doctus Jablonskius persuasum habet. Nu-

vis arduo ac difficili, haud pauca video, quae ejus, ut ita dicam, sacrarii aditus patefaciant.

men vero *Remphah* (non *Remphaph*, uti paullo ante inepto errore excidit typographico) ipsum fuisse Aurei Vituli simulacrum, Exod. XXXII. 4. 19. 20. 24.; ab Israelitis Arabiae deserta peragrantibus, divinis honoribus cultum, ab Amosi autem idolo כיון רפן *Chijun* nequaquam distinguendum, eruditus vir ibidem §. XII. seqq. defendit. Confer ejusdem *Prolegomena* in *Pantheon Aegyptiorum*, §. XXIII. pag. 50.

Hanc quidem sententiam, cui ego plurimum tribuo, quaeque *Remphan*, seu *Remphah*, non alium tum a *Molocho*, tum a *Baal-Schemesch* facit, alios doctos viros non sine ratione tenuisse intelligo. Quamquam ab ipso Jablonskio, Aegyptiaci sermonis ope atque usu, eo pacto haec de Vitulo Aureo explicata sententia est, ut ex vetustissimae ejusdem linguae in hodiernis Copticis libris maximam partem servatae, ipsis, ut ita loquar, penetralibus erutum vocabulum REMPHAH, *Regis coeli*, id est, *militiae coelestis* nomen revera nobis pandat, seu ipsius *Solis*, qui inter stellas & sidera tanquam Rex eminet: Est idcirco, Jablonskio Judice, ΡΟΜΦΕΣ, *Romphah*, vel RHMΦΕΣ, *Remphah*, *Rex coeli*; littera M eidem voci inserta, notam status constructi, ut dicunt, vel casus obliqui indicante. Atque adeo in eodem vocabulo alicujus divinitatis, antiquissimis temporibus ab Aegyptiis cultae, nomen latere, satis patet; quae ad Aurei Vituli simulacrum referri non immerito possit. Invitus praetereo, brevitatis caussa, quae de hoc vocabulo ab Aegyptio-Copta repetendo lingua, docte quoque, sicuti semper solet, disserit maxime reverendus Anton. Augustin. Georgius, *Alphabeti Tibetani* part. I. §. XLI. pag. 73. seq., quaeque eodem ferme recidere videntur.

Ut autem illud in transcursu observem; Israelitas superstitione Aegyptiaca maxime fuisse imbutos, nul-

Part. I. I

Neque est desperandum, fore, ut aliquando vel casu, vel labore & diligentia ad aliquid pervenia-

lum superesse dubium potest. Simulacrum vero, quod imitando tunc expresserint, sive Vituli, sive Bovis in speciem effictum, vel APIM Taurum Memphiticum, vel MNEVIM, Taurum Heliopolitanum, aut quodvis aliud Aegyptiorum figmentum, quod esset SOLIS symbolum, representasse, haud pauca sane sunt, quae nos in eam inducent, hancque maxime firment sententiam.

In hoc porro colendo commentitio numine Israelitas Aegyptiorum insanos mores fuisse aemulatos, plerique sanctorum Patrum & Interpretum observarunt. Quam rem ne dubia, aut obscura esse possit, ipse S. Stephanus in illa oratione, quam habuit ad Judaeorum seniores, loc.c. Act.VII. 43., apertissime insinuat, quum dicit: = *Aversi sunt cordibus suis in Aegyptum, & Vitulum fecerunt in diebus illis*. Quod ex Ezechiele, XX. 24. etiam evincitur, ut alia S. Scripturae omittam loca plura eodem spectantia.

Accedit, quod, quocumque modo τὸ עגל, qua voce utitur Moyses, sive *Bos*, sive *Vitulus* latine convertatur, inter istud fictitium simulacrum ab Aarone conflatum, & *Apim* & *Mnevim*, sacratissima duo atque celebratissima Aegyptiorum numina, sicuti veteres tradiderunt, & in suo *Pantheo Aegypt.* lib. IV. cap.II. & IV. ostendit ille idem Jablonskius; inter, inquam, Vitulum, vel Bovem Aaronicum & utrumque Taurum & Memphiticum & Heliopolitanum, quorum ille Soli & Lunae erat sacrum, hic vero uni dicatum Soli, magna profecto fuierit convenientiam. Quod, Joan. Seldeno licet repugnante, loc. superius cit. cap. IV. pag. 140., ab Andr. Beyero, *Additament.* in eundem Seldeni *de Diis Syris* librum, Blas. Ugolin. *Thesaur*. Tom. jam indicat. XXIII. col.360.seq., recte est animadversum.

mus, quod lucem illi Phoeniciae litteraturae parti afferat, quae in obscuritate jacet. Interea

---

Sane, si τὸ כיון *Chijun*, Amosi v. 26., ut istud quoque dicam, & τὸ Ῥαιφὰν Lxx. Interpretum, vel τὸ Ῥεμφὰν S.Lucae, Actor. VII. 43., pro uno eodemque habeamus simulacro, quod Soli consecraretur; in utroque & Prophetae & S.Stephani indicato loco nullus restat nodus solutu difficilis. Nam est illud incredibile, quantum in eisdem exponendis locis Interpretes & Philologi, etiam magni nominis, insudarint, & quam varie fuerint opinati; ut quae implicata ipsis viderentur, aliquo modo facilia explicatu facerent. Horum doctorum virorum plures, qui lucubrationibus suis Amosi & sanctissimi Martyris Stephani verbis lucem afferre susceperunt, recenset Jo. Albert. Fabricius, *Curarum Philologicar. & Criticar.* Tom. II. in Acta Ss. Apostol. cap. VII. pag.1113. seq.; quibus addendi Jo.Spencerus, *De Legibus Hebraeorum Ritualibus* &c. lib. III cap. IV. sect. I. edit. Cantabrig. 1727. pag.664.— 673., & Joann. Francisc. Buddeus, *Histor. Ecclesiast. Vet.Testam.* edit.IV.Halae Magdeburg.1734. Period. II. sect. I. §. XXXIII. pag. 608. 612. — 615.

Haec quidem,occasione eorum,quae afferre Cl.Tychsen in sui inventi novi praesidium posset, indicasse sufficerent. Quia tamen critices sacrae studiosi, quibus,quanta de utroque Amosi & S.Lucae interpretando loco doctissimi viri contentione certent, non innotescit, erunt fortasse qui, quid illa saltem ferant loca, quidve de iis mihi videatur, a me requirant; juvabit ipsa integra heic recitare; eoque magis, quod utrumque locum inter se ita cohaerere intelligam, ut nihil in uno legatur, quod alteri sit absonum. Amos autem sic habet: = ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם:.Qui locus,si secundum proprium ac genuinum verborum sensum spectetur, satis commode reddendus videtur posse: = *Et portastis*

is est industriae nostrae, dicam melius, eruditorum ipsorum fructus non exiguus, quod illud

---

tabernaculum Regis vestri, nempe Chijun, imagines vestras, stellam Deorum vestrorum, quos fecistis vobis. Quod LXX. Interpretes eo converterunt modo: = Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφὰν, τοὺς τύπους αὐτῶν οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς. *Et portastis tabernaculum Moloch, & astrum Dei vestri Raiphan, imagines eorum, quas fecistis vobis.* Quem Prophetae locum paucis immutatis, sed eodem sensu S. Stephanus Syro-Chaldaice, quo, ut videtur, utebatur sermone, repetens secundum LXX. Versionem, hisce expressit verbis: = Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. *Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphan, figuras, quas fecistis adorare eas.* Ita vulgatus Interpres Graeca reddidit, iisdemque ferme verbis vetus Italica.

In quibus tum Amosi, tum Stephani verbis cultus ille idololatricus paucis describitur, quo Israelitas in deserto agentes, sese inquinasse plura alia in primis Prophetarum testantur oracula. Hic autem qualis fuerit cultus ad superstitiones Aegyptiorum omnino referendus, producta a nobis loca haud obscure innuunt. Atque eadem ipsa, nisi maxime fallor, huc revolvi mihi videntur; perinde ac si hi sanctissimi viri dixissent: = Quin potius sustulistis tabernaculum Molochi, id est, *Regis vestri*, ואת כיון, *nempe* ipsius *Chijun*, seu *Remphan, Dei vestri*, Solis videlicet, cujus כוכב, ἄστρον, *Sidus* commentitiae אלהיכם, *divinitatis vestrae*, symbolum impie coluistis, cujusque simulacra effinxistis, quae adoraretis. = Et eo usque coecitatis vestra processit impietas, sicuti sanctissimus ipse Martyr, divino inspiratus Numine, Act. ejusd. cap. vers. 42., dixerat, ut vario licet habitu ac cultu idem simulacrum honorantes, etiam *serviretis* τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, *mili-*

jam teneatur, ut, quae, si non omnes, praecipuae saltem Phoenicii idiomatis fuerint proprie-

---

tiae, vel *exercitui*, & ut habet Syrus, ܚܝ̈ܠܘܬܐ ܕܫܡܝܐ, *exercitibus coeli*. Quocirca non Soli tantummodo stellarum principi, sed & Lunae, quam מלכת השמים, *Reginam coeli* appellabant, caeterisque sideribus, Israelitas in deserto cultum impium flagitiique plenum exhibuisse, S.Stephanus eos non immerito reprehendit.

Quamquam non ipsam modo idololatriam in desertis Arabiae locis tunc aetatis vigentem, qua se Israelitae in Aureo conflando Vitulo contaminarint, sanctissimos eosdem viros Amosum & Stephanum illis exprobrasse, sed & eorum praevaricationis, apostasiae & a vero Dei cultu saepius repetitae defectionis, jam inde ab illo etiam tempore, quo Aegypto insidebant, hincque ab egressu ex ea terra usque ad posteriorem longe aetatem, gentiles suos eodem capite ipsos increpasse, arbitror tenendum. Est autem haec aliorum Scriptorum sacrorum testimoniis confirmata sententia. Quam in rem consule Josue, XXIV. 14. 23. = judic.II. 11. 12. 13. — III. 6. 7. 12. — IV. 1. — VI. 1. — X. 6. — XIII. 1. = 1. Reg.VII. 3. — III.Reg.XI. 5.33. — XII.28. seq. = Jerem. XIX. 5. — XXII. 54. = Ezechiel. XX. 7. seq. — XXIII. 3. 8. 19. &c.

Caeterum hac in nostra verborum Amosi liberiori explicatione, particulae ו *Vau*, quam *declarativam* vocant, praefixae vero τῷ את non quartum, sed secundum casum aperte indicanti, rationem potissimum heic habendam censemus; utpote quae proxime praecedentis vocis מלכּכם, seu *Regis vestri*, clara expositio sit. Vocabulum vero אלהיכם, *Deus vester*, singulari sumendum heic esse numero, multa se se in sacris libris offerrent exempla, quibus, si opus esset, id demonstraremus.

Quod autem τῦ Μολὸχ vox, quam eo loci adhibent LXX. Interpretes & S. Lucas, non proprie, sed

Digitized by Google

tates,nobis innotescat. Quod quoniam ex prolatis lapidibus constat,neque vocari a nemine doctorum

appellative sit accipienda, indicio certo esse videtur vocabulum ipsum מלכם, seu מלך, suo nempe *suffixo* כם instructum *pronomine*, quod ibidem usurpat Amos Propheta. Τὸ namque Μολὸχ si tanquam idoli propria heic haberetur appellatio, idem vocabulum divinus vates aliter extulisset, & profecto sicuti sermonis Hebraici postulat ratio, nimirum sine praefato *suffixo*.

Illud igitur figmentum, quod Israelitae in Vituli Aaronici sibi proprium dicarunt,& Amos τοῦ מלך *Melech*, quae vox plerisque Orientalium linguis *Regem* notat, &'S. Stephanus τοῦ Μολὸχ nomine vocant, nihil aliud fuerit oportet, quam simulacrum, ipsius Solis symbolum, illoque appellatum vocabulo, propterea quod Sol ipse veluti Deus & Rex inter coeli sidera principatum teneat.

Quare sic mea est ratio: Ῥεμφὰν, sive Ῥαιφὰν, quam lectionem optimae notae Codices tuentur & in primis Novi Testamenti insignis Codex Alexandrinus a Cl. Carol.Godofred. Woide splendidis typis Londini 1786. fol.max. publica donatus luce; τὸ, inquam, Ῥεμφὰν, vel Ῥαιφὰν, idem omnino ac τὸ כיון Amosi, ipsum fuisse Solem, quem Orientales veteres modo בעל, *Deum*, *Dominum*, modo מלך *Molech*, vel מלכם *Milchom*, III. Reg. IX. 5. & ܡܠܟܘܡ *Malchum*, ut Syrus, Arabs vero مولوخ *Mulûcha*, & LXX., S.Lucas Μολὸχ, Aquila demum & Theodotion Μαλχὸμ nuncuparunt. Unde autem Athanasius Kircher, *Oedip. Aegypt.* Syntag. IV. cap.XXII. pag. 386. suum ملكوم *Melchum* exscripserit, fateor me nescire. Arabs Interpres, quem consului loc. cit. Amos & Act., مولوخ legit.

Dubium porro non est, veteres Orientales Baalis & Molochi nomen indiscriminatim nonnunquam usurpasse. Ad quam rem confirmandam facit Jeremiae, XIX. 5. —

virorum, hisce litteris vel mediocriter erudito, in quaestionem potest; fateamur constare & il-

xxxii. 34. testimonium. Tametsi & illud arbitror tenendum, Baalis vocabulum latius patuisse, quam Molochi nomen. Illud autem de pluribus Diis enunciari, multa sacrae Scripturae sunt loca, quae sualeant; ut Judic. II. 11. — III. 7. — VIII. 33. = I. Reg. VII. 4. & alibi passim. Quamquam & illud est quoque exploratum, τὸ בעל, contracte בל, Isai. XLVI. 1., Βᾶλ & Βῆλ, Daniel. XIV. 2., de aliquibus gentium Diis sacras easdem litteras mentionem facere.

Ut ergo Moabitae בעל־פעור *Baal-Pehor*, Sichemitae בעל־ברית *Baal-Berith*, Accaronitae בעל־זבוב *Baal-Zebub*, peculiari colebant ritu, Numer. XXV. 2. 3. = Deuteronom. IV. 3. = Iudic. VIII. 33. = IV. Reg. I. 2. 3. 6. 16.; ita aliae gentes suum מלכם *Molochum* habebant, Sophon. I. 5. Quod de Sepharvaeorum Diis sacra testantur volumina; cui quidem Molocho, ut IV. Reg. XVII. 31. & alibi traditur, *filios suos comburebant igne*. Quem nefandum atque impium morem humano sanguine Molocho litare, a Syris ad Phoenices, ad Carthaginienses aliosque populos multos, ne ipsis quidem Hebraeis exceptis, longe lateque immane quantum se se diffudisse, pleni sunt doctorum virorum libri, id veterum testimoniis asserentium. Quorum eruditorum scripta plura commemorat Io. Alb. Fabricius, *Bibliograph. Antiquar.* cap. XI. §. III. Adde Henric. Kippingii *Antiquitates Roman.* lib. I. cap. VI. §. XI. edit. Lugd. Batav. 1713. pag. 140. — 142. & quos Blas. Ugolinus *Thesauri Antiquit. Sacr.* Tom. XXIII. complexus est scriptores, ut Io. Georg. Schwabium, Dan. Dietzschium & Christian. sam. Ziegram, in quorum eruditorum dissertationibus multa de hoc ritu sacrilego pertractantur.

Multo sane plura, quam ipse disputavi, de *Chijun*, de *Remphan* deque *Molocho* in promptu haberem non praetermittenda, nisi me in argumento versari intel-

lud, sermonis sive Hebraici, sive Chaldaici, sive Syriaci ope atque usu, nos illa habere subsi-

---

ligerem, quod minus instituti nostri proprium esse illis, quibus haec nostra fortasse non displicebunt, videatur posse. Hanc mihi quidem legem praescripsi, ut non plus de singulis dicam, quam res ipsa necessario postulet. Nihilominus, quum unam veram atque genuinam & Phoenicij numi בעל תרז inscripti, & Melitensis epigraphes בעל צרא, lectionem in aliqua collocandam luce, atque ab Cl. viri Tychsenii exceptionibus vindicandam mihi sumserim; eo me invitum ac reluctantem pertractum vidi, ut ad Mythologica, hincque ad Amosi Prophetae & S. Lucae loca ante prolata tandem devenirem. Quod autem de iisdem ipse sentirem, quum sic exposuerim, ut nonnulla huc spectantia aliqua majori indigere mihi visa sint illustratione, necessum est ea declarare. Ne tamen in longum meam traham orationem, est res omnis conferenda in pauca.

Illud igitur est reliquum, ut non omittam, falsos mihi videri eruditos illos viros, qui τῦ כיון Amosi non sollicitant modo lectionem, verum etiam veluti suspectam falsitatis, planeque mendosam repudiant. Hi namque sunt ita comparati animo, ut loco τῦ כיון, Lxx. Interpetes in suae aetatis exemplaribus τὸ ריון legisse, quippe quod το Ῥαιφὰν, vel Ῥεφὰν eorumdem exprimit, pugnent. Quae coniectura Augustino Calmet, viro sane doctissimo, (*de Idololatria Israelitarum in Deserto*, pag. mihi 655.) sed Iohan. Drusii & aliorum hypercriticorum vestigia sequenti placuit; hancque defendit Ill. editor *Danielis secundum* Lxx. *Interpretes, ex Tetraplis Origenis*, Dissert. V. §. XVIII. pag. 530. Sed id quibus testibus, quibusve monumentis efficiunt? Nullum proferunt, nam si suppeteret, certe protulissent. Huiusce tamen ריון in variantibus Msstorum Hebraicorum, hactenus cognitis, a Cll. viris Beniamino Kennikott & Iohan. Bernardo

dia, quibus in litteraturae bonam partem introspiciamus Phoenicio-Poenorum.

De-Rossi in lucem productis diligenterque inquisitis lectionibus, ne vestigium quidem reperire est. Quae unanimis & Msstorum & impressorum Codicum consensio non levis ponderis ac momenti argumento est, τῷ כיון, vel ܟܝܘܢ *Cheuon*, ut Amosi habet Syrus, in Acta vero Apostolor. ܪܦܢ *Rephon*, & Arabs ad utrumque locum رافان *Raphana*, esse omnino tenendam lectionem.

Est vero illud singulare, quod scriptum apud Joan. Davidem Michaelis est, doctum hominem ac diligentem. Ait autem in suis *Curis in versionem Syriacam Actuum Apostolicor. cum consectariis criticis de indole, cognationibus & usu versionis Syriacae Tabularum Novi Foederis*, Goettingae an. 1755. editis pag. 57., Syriacum Novi Test. Act. VII. 43., pro Ῥεμφὰν, aut Ῥομφᾶ habere ܪܕܦܢ *Radphon*. Quam quidem lectionem jure improbat eruditus vir. Verum τὸ ܕ *Dolath*, ejusdem vocis, casus obliqui notam indicans, cum τῷ ܪ *Risch*, inter se confundens, & unum elementum perperam heic sumens pro altero, Iohan. Millium immerito castigat; perinde ac si iste litterarum Syriacarum expers, quod Syrus ibidem legit, plane ignorasset; ex latina vero in Polyglottis expressa versione suum Ῥεφὰν tantum hausisset.

Quid? si ne ulla quidem Novi Testamenti Syriaci editio eo habet modo, quo sibi falso persuasit Cl. Michaelis? Omnes namque, quas in hunc Act. locum consulto legerim editiones, a Cll. viris Joh. Alb. Widmanstadio, Martin. Trostio, Guidone Fabricio Boderiano, Elia Huttero vulgatas, illam denique, a Johan. Leusden & Carolo Schaaf Lugd. Batav. 1717. in lucem emissam; hae, inquam, singulae τὸ ܕܪܦܢ *Darphon* habent. Quo *Dolath* eliminato, seu eadem voce ܪܦܢ sine eodem

Fusius quidem, ac fortasse plus nimio, quam qui haec nostra legerint, ipsi desiderassent, ini-

---

lecta, articulo, sed ipsius *Scheva mobilis* τῦ ; *Risch* habita ratione, legere possumus *Rephon*, Occidentalium more, vel *Rehpan*, ut Syri Orientales consuescunt.

Neque hoc animadversum velim, tanquam ignorem, quantus in Syriacis praesertim rebus fuerit Cl. Michaelis, quem sane eruditissimum ex suis scriptis expertus sum. Si in eandem lectionem paullo diligenter inquisivisset, ab hujusmodi lapsu facile praecavisset sibi.

Sed a τῦ כיון lectione non discedamus; quam sane si in falsi suspicionem vocare fas est, nulla erit deinceps in sacris praesertim voluminibus, cui tuto ulla adhiberi auctoritas possit. Quapropter sic ipse mecum statuo: τὸ ריון *Rivan*, vel *Revan*, quod in illius locum sufficere contendunt, in ejus generis lectiones conjecturis esse adnumerandum, quas ad suas tuendas hypotheses eruditi viri commenti sunt, aliqua quidem, prima specie, probabilitate nixas, re tamen vera ad faciendam fidem, contra quam vetera omnia ferunt monumenta, nullius momenti habendas.

Ponamus igitur, Lxx. Interpretes in Aegypto suam sacrorum Bibliorum translationem Graece concinnantes, quum Aegyptiorum & mores & usus non modo non ignorarent, sed perspectos haberent atque exploratos, in illorum gratiam, ignotum ipsis τὸ כיון Amosi, in notissimum iisdem Ῥαιφὰν, vel Ῥεφὰν vocabulum transferendum, & optimo sane consilio existimasse.

De varietate porro lectionis τῦ *Remphan*, vel *Rephan*, ut legit utriusque Testamenti versio vetus Italica, non est quod multum solliciti simus. Invenimus quidem in exaratis manu exemplaribus Ῥεμφὰν, Ῥαμφὰν, Ῥομφὰν, Ῥεφᾶ, immo & Ῥαφὰν & Ῥεφφὰν &c. Quas lectiones varias in suis Novi Testamenti Graeci

Digitized by Google

tioque ipse constitueram, de inscriptis, quae attuli, Phoeniciis monumentis adnotavi. Sed ar-

---

editionibus accurate collegerunt Johan. in primis Millius, Gerardus a Mastrich & Joan. Jacobus Wetstenius. At haec leviora sunt, quam ut quae posuimus evertere videantur posse. Vocales etenim Graecorum, ut & Hebraeorum אהוי, inter se saepe permutari satis est cognitum. Proinde si quicquam in eo exarando vocabulo sit varietatis; quid mirum, quod in peregrino nomine, vel voce efferendo, vel litteris exprimendo, pro diversitate pronunciationis & dialecti varie descriptum reperiatur?

Jam vero quod de hoc simulacro *Remphan* a τῷ *Chijun* atque a τῷ *Molocho* in Amosi & Lucae prolatis locis, nequaquam diverso, sed veluti Solis symbolum potissimum habendo, hactenus statui; sic comparatum esse mihi videre videor, ut inter tot dissentientium doctissimorum virorum opiniones, secus esse existimandum non equidem putem.

Non persequar quae de hoc simulacro, cujus variae appellationes in unum & idem cadere videntur, quamplures eruditi disputarunt. Singula etenim, quae hanc in rem ab Aria Montano, Joseph Scaligero, Claud. Salmasio, Lud. Cappello, Sam. Bocharto, Samuele Petito, Lud. De Dieu, Jano Drusio, Jo. Gerard. Vossio, Dion. Vossio, Thom. Stanleio, Jo. Henr. Maio, Aug. Pfeiffero, Henric. Kippingio, Thom. Goodwino, Jo. Spencero, Humfred. Hodio, Herman. Witsio, Jo. Gottlob Carpzovio, Jacob. Gussetio, Jo. Henr. Hottingero, Aug. Calmet, Jo. Franc. Buddeo, Salom. Deylingio, Jo. Georg. Schwabio, Christian. Zoega, caeterisque recentioribus scriptoribus, ut veteres taceam; haec, inquam, ab iisdem tradita litteris, quorum scripta partem maximam evolvimus, sed non sine aliquo temporis dispendio, quod sane nostris melius impendissemus studiis, si recensere vellemus, longa

Digitized by Google

gumenti ipsius, quod in disceptatione haud parum versabatur, ratio fecit, ut perstringi pau-

---

quidem oratione & otio ipsi nostro abuteremur. Hoc breve dicam: haud paucos esse doctos viros, qui *Remphan* pro Saturno habeant; quod de Molocho alii item censent, licet numero pauciores. At qui sic opinantur, non omnes animadvertunt, Saturnum non illum certe Graecorum, neque Latinorum, sed veterum Orientalium, eumque sub nomine *Bel* & *Bal* cultum ab Assyriis (quorum nomen antiquitus latissime patuisse, alibi declaravi) ipsum fuisse Solem, ut Servius ad libr. I. *Aeneidos*, vers. 729. adnotavit. Alii pro Mercurio, Luna, Canicula, vel pro Hercule, sed ab Graecorum ejusdem nominis, Jovis, Alcmenae filio, plane alio, & certo sensu, eodem cum Osiride, pugnant. Utramque vero & de Saturno & de Hercule opinionem defendit Athanas. Kircher, *Oedipi Aegyptiaci* Syntagm. IV. cap. XXII. pag. 387.

Sed quoniam alia plura urgent, neque est necesse, ut omnia disseramus; ne longius abeamus, concludamus oportet *Remphan*, ut superius est declaratum, vel *Remphah* & *Chijun*, quin etiam *Molochum*, de quo diximus, & Moabitarum & Ammonitarum, tum *Baal* Chananaeorum, sive Phoenicum, & *Adadum* Syrorum, tum denique *Osiridem* Aegyptiorum, horumque *Jovem Ammonem*, & *Dionysium* Arabum, unum & idem fuisse *εἴδωλον* ab Orientis vetustis gentibus, vario ritu cultum, & quidem diversis appellationibus in sacris praesertim libris cognitum, sed uni attribuendum numini, quod SOLEM ipsum, *μόνον οὐρανοῦ θεὸν* & *Βεελσαμὴν*, *unum coeli Dominum*, potissimum significaret.

Haec mihi fere in mentem veniebant, quae Cl. Tychsenius fortasse opponeret. Quae utinam brevioribus absolvere verbis potuissem. Verum quid illa de *Beel-Sameh*, de *Remphan*, de *Chijun* deque *Molocho*,

cioribus verbis posse nequaquam videretur. Est autem ejusmodi, ut haud pauca, quae primo in-

quem pro Hercule quoque habet Joh.Marsham, *Canon. Chronic. Aegyptiac.* &c. saecul.xi. edit. Lipsien.1676. pag.303., a me adducta, faciant ad Cl. Tychsenii erratum obtegendum, nondum profecto assequor.

Quandoquidem vero in suis tuendis conjecturis neminem ferme & eo solertiorem & ingeniosiorem vidi; quid! fortassis inquiet etiam, novi εὑρήματος sui aliis rationum momentis confirmandi ergo: si τῶ *Hercules* vocis originem pervestigamus, non veteres modo, sed & recentiores inveniemus scriptores, quibus eadem doctrina probetur. At enim hanc in sententiam loquitur Macrobius, *Saturnal.* lib. I. cap.xx. pag. 206. = *Sed nec Hercules a substantia Solis alienus est. Quippe Hercules ea est Solis potestas, quae humano generi virtutem ad similitudinem praestat Deorum.* Paullo vero post haec is idem subjungit: = *Et revera Herculem Solem esse, vel ex nomine claret.* Ἡρακλῆς *enim quid aliud est nisi* ἥρας, *id est aeris* κλέος (seu gloria) *quae porro est aeris gloria, nisi Solis illuminatio, cujus recessu, profunditate occulitur tenebrarum?*

Horum sunt similia quae habet Porphyrius apud Eusebium, *Praepar. Evangel.* lib.III. cap.IX.pag.112., qui & ipse libri ejusdem cap.XIII. pag.120.seq., hujuscemodi commenta merito ridet, & quanta in iis sit inanitas atque futilitas, graviter & copiose ibidem ostendit. Porphyrii autem, illius acerbi veritatis divinae & purioris doctrinae hostis, testimonio eo lubentius supersedeo describendo, quod nolo esse longior, quam oportet. Nam infinitus essem, si quae arcano & mystico modo, per symbola & enigmata de suis fictitiis Diis veteres Mythographi tradidere, eo loci persequi vellem. Quare mitto quas de τῶ האיר כל *Her-Col, illuminavit universa*, vel אור כל *Or-Col, illustrator omnium*, a nostris prodita sunt scriptoribus. Sunt enim

tuitu ab instituto aliena videantur, attingere necesse nobis fuerit, quibus res nostra magis magisque illustraretur.

qui ab Hebraicis iisdem vocabulis *Herculis* appellationis etymon expiscentur. De quo etymo confer in primis Henr. Kippingium, loc. super. cit. lib. I. cap. VI. num. IX. pag. 137. Quidquid vero hujusce erit etymi ex vocibus deprompti Hebraicis, eo recidet nominis Ἡρακλέεος, seu *Herculis*, Graeca ipsa a Macrobio, a Porphyrio aliisque nonnullis recentioribus, quos silentio praetermittendos duco, Mythographis, ante prolata expositio. Verumtamen qui in probatissimis eam legent scriptoribus, in ejusdem vocis *Hercules* etymologiam inquirentibus, Graecam ipsam, quam ex Macrobio & Porphyrio attulimus, nihil minus quam conjectura aliqua saltem probabili sit nixa, confitebuntur. Qua de re confer Suidam *voce* Ἡρακλῆς, = *Etymologicum magnum*, edit. opera Frider. Sylburgii 1594. pag. 435. = Eustathium in *Iliadem*, edit. Alexandr. Politi, Tom. III. pag. 1201. At illud *Herculis* nominis etymon, quod Cl. Tychsenio detur, nolo repugnare.

Sed quorsum ea singula evadant, haud equidem scio. Erant nihilominus heic proponenda, ut quibus tueri se se Cl. Tychsenium posse ostenderemus. Si autem eo spectent, ut Cl. vir suam excuset lectionem, jam erit ratio excusandi indiligentes numorum tractatores omnes in promptu. Quamobrem in ejus generis auctoritatibus caeterisque ad symbolicas allegoricasque de Jove & Hercule expositiones relatis, atque a Paulo Ernesto Jablonski cumprimis, *Panthei Aegypt.* part. I. lib. II. cap. II. §. 5. seq. pag. 166. seqq. & cap. III. §. 6. seqq. pag. 191. seqq. indicatis, e Mythica vero gentium Theologia desumptis; in illis quoque, quae de aliis numinibus ante attuli, si Cl. Tychsenius aliquid quaesiturus

Equidem dedi operam, ut multa tacitus praeterirem. Nam si licuisset mihi esse longiori; non-

---

praesidii unquam veniat opinationis suae, Antiquariorum erit nemo, qui id genus Mythologicis allegoricisque adeo commoveatur rationibus, ut aliquando numos, quorum mentionem injeci, JOVIS nempe *sedentis* &c. obsignatos typo, HERCULI esse adjudicandos arbitretur. Hoc ego Cl. viro *LL. OO. in Universitate Rostochiensi PP. O., Bibliothecae & Musei Praefecto* &c. rursum confirmo atque promitto.

Jam nunc id mihi esse reliqui puto, ut cujusmodi sint illa verba בעל צבא, *Dominus*, sive *Deus exercitus*, quae in adversa se se numi parte deprehendisse, & in Melitensi inscriptione, a me mox proferenda, occurrere opinatur Cl. Tychsenius, quidpiam brevi adnotem. Quum perspectum mihi sit atque exploratum, ut est demonstratum superius, vocem צבא, neque in numo, neque in monumento Phoenicio, neque in alio quovis ejus generis sive metallo, sive inscripto lapide unquam exstitisse; illud praeterea non minoris ipsa habet incommodi, quod loquendi rationi, quae de Deo semper usurpatur, sacris in Hebraeorum libris perpetuo receptae omnimodis adversetur. Ut enim Hebraei, cum Deum Optimum Maximum, quem & rerum omnium rectorem sancte praedicabant & summum moderatorem, eum ipsum, non צבא, singulari numero, sed plurali יהוה צבאות, JEHOVAH *exercituum*, יהוה אלהי צבאות vel אדני יהוה צבאות, *Dominum Deum exercituum*, האדון אדני צבאות, *Dominatorem Dominum exercituum*, vel demum אדני אלהי צבאות, *Deum exercituum Dominatorem* appellabant; quid ni pariter Chananaeae gentes, Phoenices praesertim, quorum dialectus ab Hebraicae locutionis usu haud certe abludebat, τὸ בעל, Deum illum BAALEM suum ipsis quoque habitum tanquam suprema potestate pollentem, appellatione quoque τῶ בעל צבאות, sive *Domini exerci-*

Digitized by Google

nulla alia ab doctis hominibus prodita literis, quaeque passim me legere memini, ejus generis

---

tuum nominassent? Phoenices, inquam, apud quem Hercules ipse, *non ille, quem Graeci canebant*, ut ait Lucianus *de Dea Syria*, cap.3. Oper. edit. Amstelod. 1743. Tom. III. pag. 453. *sed multo antiquior*, *καὶ* Τύριος ἥρως, *& Tyrius Heros*, magna & summa colebatur religione.

At pugnat profecto, Judice Cl. Tychsenio (vid. supra, pag.118.) ut simul homines Tyrii Herculem, quem Deum suum dicebant, Tyrium cognominaverint; maxime, quod τὸ מלקרת בעל צבא, *Melicerta* (sic enim ille idem legit) *Deus exercitus*, cum Graeco Ἡρακλεῖ ἀρχηγέτει optime concinit. Quare τὸ צבא erit omnino admittendum, cognomen vero τοῦ צר, *Tyrii*, Herculi inditum, a Tyriis vero prolatum, uti plane supervacaneum atque incongruum rejiciendum. Verum id acute quidem ac subtiliter est excogitatum, sed prorsus inane est. De Hercule autem cognomento Ἀρχηγέτει, *Ductore*, quum superioribus pagg.94. — 96. dixerim, nunc omittatur. Ecquid demum contra numorum & Phoenicii monumenti fidem omne illud ab docto viro sic disputatum, faciat, non equidem suspicor. Is certe numquam extorquebit, ut plus conjecturis id genus suis, quam monumentis, iisque integris atque incorruptis testibus, & בעל חרז & בעל צר, vel בעל צרא apertissime prodentibus, credendum arbitremur.

Paullo attentius considerasset vellem Cl. Rostochiensis Bibliothecae & Musei Praefectus, non unam eandemque esse utriusque bilinguis, Phoeniciae nempe & Graecae, quam pag.93. primum protulimus, Melitensis epigraphes rationem. Ergone, quod in Graeca inscriptione *Dionysius* & *Serapion* sese Tyrios dixerint, ut quibus Phoenicius sermo, quo suum quoque inscribunt monumentum, minus fortasse esset notum,

monumenta si hoc sexto paragrapho recensere aggressus fuissem; copiosiori sane oratione, ex-

Herculi, Tyriarum coloniarum Ductori, id ipsum voto consecrasse, illi intelligerent; idcirco erit consequens, eosdem neque potuisse, neque debuisse in altera Phoenicia epigraphe, ubi suppresso Tyriorum nomine, plane aliter se se vocant, BAALEM suum Tyrii cognomine appellare? Immo vero, quia Dionysius & Serapion Tyrii erant, Tyriorum tamen nomen heic praetermittunt; tantum abest, ut מלקרת *Melicertam* sive Melkarthum בעל צר, *Tyri Dominum*, incongrue protulerint, ut quam opportune hoc numen suum & Melitensibus & Carthaginiensibus aliisque Phoeniciae gentis longe lateque diffusis colonis sacratissimum, eadem non potuerint modo, sed etiam debuerint ipsa illa appellatione vocare. At Cl. viro Tychsenio ineptissima sua lectione decepto, quî haec ista consequutio unquam venisset in mentem? Verum desino de hoc altero doctissimi viri εὑρήματι plura dicere, quum id fecerim sane ad satietatem. Quae nihilo tamen secius Cl. vir singula accipiat velim, sicuti a me dicta sunt sine ulla animi asperitate ac malevolentia.

Nunc autem jam animadversis aliquot doctorum hominum de Melitensi epigraphe infructuosis conjecturis, depulsa jamque falsa invidia, quam omni contentione in doctissimi Galli Barthelemyi fidem ac summam in ejusmodi transcribendis monumentis cum diligentiam, tum industriam singularem, Cl. Olaus Gerhardus Tychsen concitare adnisus est; plane expeditus patet aditus ad ipsam eandem Phoeniciam celebrem inscriptionem.

Sed quoniam eruditorum neminem praeterire volui, qui suam in Melitensi exponenda epigraphe expertus sit industriam; restat, ut illos, quibus Phoenicia litteratura quasi ortum suum suaque debuisse incrementa superius declaravi pag. 115., commemorare

trema haec nostra, imis complexa paginis, jam satis longa crevisset adnotatio.

---

persequar. Hos namque caeteris, quos jam nominavi, plane dissimiles, & quorum monumenti Phoenicii interpretationes ad ingenii libitum effictas fuisse recte observarat Ill. Princeps de Turre Mutzii Gabr. Ludov. Castellus, *Siciliae & objacentium insular. veterum Inscription. novae collection.* Classis xx. pag. 318; hos, inquam doctissimos viros in totam hanc ipsam inscriptionem longe diligentius accuratiusque inquisivisse, ex iis quae dicenda a nobis sunt, nemo unus intelliget.

Atqui ut uno veluti intuitu res omnis appareat; rationem plus minusve diversam atque variam statim proferamus oportet, qua eruditi iidem Antiquarii ex ipsius Melitensis monumenti archetypo, magna integritate ab Barthelemyo transcripto, suam quisque lectionem expresserint epigraphes, eamque fuerint interpretati.

Rem autem ab ipsius Barthelemyi explicatione arcessam. Hujus etenim eruditi Academici Parisiensis propria laus certe fuit, quod unus multorum, qui in Melitensi epigrammate eruendo suum studium ante collocassent atque operam, ad ejus intelligentiam maxima ex parte ingrediendam quasi manu nos duxerit. Neque errare me arbitror, si alteris duobus egregiis viris, Cll. nempe Joanni Swintono & Francisco Perezio-Bayerio idem postea conantibus, facem ipsum illum praetulisse dicam. Tametsi hancce erudito Gallo laudem modis ferme omnibus praeripere sed frustra tentavit Cl. Anglus Swintonus apud Oxonienses, cum in vivis ageret, linguarum Orientalium Professor. Sed abstineo me ab illis inter utrumque doctum virum de hac Melitensi epigraphe aliisque Phoenicio-Punicis monumentis, factis litibus maximis heic recensendis; de quibus tamen alibi & suo loco erit opportunior disserendi locus. Nunc vero ad ipsam epigraphen venio, quam dissertat. suae, Actis Academ. Regiae inscript.

Quod si quis caussam quaerat, quamobrem ab iisdem Phoeniciis aut enumerandis, aut ex-

---

Tom.xxx. pag.427. insertae, supra pag.117. indicatae, tum in extrema sua ad Marchionem Olivieri epistola, Tab.II., litteris Phoeniciis atque Hebraicis descripsit Barthelemyus. Hancque repetitam habes utrisque exaratam characteribus, apud De Guignes, *Mémoire dans lequel on prouve que les Chinois sont une colonie des Egyptiens*, &c. *Avec un Précis du Mémoire de M. l'Abbé Barthelemy sur les Lettres Phéniciennes*,&c. *Paris* 1760. Tab. II., & litteris tantum Phoeniciis cum Graeca epigraphe, apud Ill. Gabr. Lud. Castellum loc. ante cit. pag.316. = Court. de Gebelin, *Monde primitif. . . Origine du langage* Tom. III. Tab. III. Phoeniciam autem Hebraicis hisce litteris sic exhibet Barthelemyus : =

לארנן למלקרת בעל צרא הנדר עבר:: עבראסר
ואחי אסרהמר הן בן אסרהמר בן עבדאסר כה
מעקלם יברכם

Quam quidem loc. cit. Actor. eorumd. pag. 413. & ejusd. epistol. pag. 18. ille idem Gallice sic reddidit : = *Abdassar & mon frere Asseremor, fils d'Asseremor, fils (ou bien celui-ci fils légitime) d'Abdassar, avons fait ce voeu à notre Seigneur Melcrat, divinité tutélaire de Tyr. Puisse-t-il les bénir après les avoir égarés, (ou dans leur route incertaine)*. Id est, *Abdassar & frater meus Asseremor, filius Asseremor, filius (vel is ille legitimus liber) Abdassar, hoc votum fecimus Domino nostro Melcrato* (sive Melkartho), *Tyriorum tutelari Deo. Benedicat eis, qui eos deviare fecit*; (*vel sit ipsis propitius in eorum via incerta*).

Quo propemodum revolvuntur quod loc.cit.Actorum Reg. Academ. pag. 409. — 412. in ejusdem suae translationis analysi pluribus adducit Barthelemyus, cujus confer ad M.Olivieri epist., ubi pag.6. — 13.15. — 23. interpretationem suam ab Swintoni cavillationibus vindicandam suscipit. Si quid tamen in eadem

K 2

ponendis epigrammatis, quorum tamen, sed altero loco suo & tempore mentionem facere insti-

---

convertenda epigraphe aliquid humani passus ipse Barthelemyus fuerit, id profecto in minus recte legendis praesertim vocibus שנבן, כשמע & קלם est dicendum; quod paullo infra animadvertam. Interea in hujus Cl. viri laude quoque pono, quod, ut erat nudae veritatis maxime studiosus, neque ex suis scriptis gloriolam indigna vanitate aucupari quaeritabat; suos, si unquam commisisset, errores hoc in studii praesertim genere facile obvios, palam confiteri non dedignabatur. In ejusdem namque epistolae exemplari, quod sua plane singulari erga me humanitate atque affectu, ad me transmittere curavit, haec in libri fronte propria sua scripsit manu, scilicet: " J'avois pris pour un „ *Hé* une lettre Phénicienne tracée cinq fois dans l'in- „ scription de Malthe. (Voyez ci-dessous pag.6. *ejusd.* „ *epistolae*) M.Swinton la prenoit pour un *Mem*; nous „ nous sommes trompés l'un & l'autre. Cette Lettre „ est un *Schin*, comme le prouve M.l'abbé Bayer dans „ sa Dissertation sur l'Alphabet Phénicien, imprimée à „ la suite de la tradution Espagnole de Saluste. A Paris „ ce 30. Mars 1784. Barthelemy „.

Quid vero, ut aliquo procedamus ordine, Cl. Swintono in eodem interpretando epigrammate ipsi debeamus, est etiam declarandum. Atqui *Transactionum Philosophic.* Anglice conscriptarum vol. LIV. pag. 119. seq. ipse sic legit & interpretatur epigraphen: =

לארנן למלקרת בעל צר אמנדר עבד:: עבדאסר
ואחי אטרם מר מן בן אסרם מר בן עבדאסר
כם מעקלם יברכם

Id est, *Domino nostro Melcartho, Deo Tutelari Tyri Metropolis, votum fecerunt Abdassarus, & frater ejus Aserim-Hammarus, is qui etiam filius est Aserim-Hammari filii Abdassari: iis torte navigantibus (vel huc & illuc inflexo cursu agitatis) benedicat.*

tui, nunc abstinuerim; hanc is sic habeat: id unum mihi antequam in Phoeniciae litteraturae

Atque hanc Cl.Swintoni translationem in Barthelemyi eandem propemodum abire sententiam, qui unam cum altera contulerit, nullo sibi persuadebit negotio. Quod profecto non casu id factum esse, Cl.autem Anglum in suum convertisse usum quae Doctus Academicus Gallus de hoc explicando marmore jam proposuerat, in propatulo res satis esse videtur. Neque haec eo dico, quasi eruditi Swintoni laudis, quam in aliis ejus generis exponendis Phoeniciis monumentis merito sibi comparavit, sim invidus. Procul absit, ut quisquam mihi sit injurius, eum esse me, qui mea nolim afferre, nisi aliena invidiose carpendo. At quum de erudito Swintono sic scribo, testes hujusce rei, quos sequerer, & quidem fidissimos haberem, uti Cll. viros Joseph. Eckhelium & Francisc. Perezium-Bayerium, illud haud obscure profitentes. Quod quum ita sit; non erat profecto quare Swintonus tot tantasque adversus Barthelemyum lites ageret; ille ipse qui hac in sua nobis exhibenda interpretatione nihil absolutius protulerit, quod ad Phoeniciam epigraphen majori in luce collocandam reipsa conduceret.

Si quid vero inter utrumque doctum virum in Melitensi explanando lapide discriminis intercedat; id unum primùm spectat, quod Tyriorum, qui votum suum *Melkartho* posuere, nomina paullo aliter, atque Barthelemyus ipse expresserit, doctus Anglus enunciat. Quod tamen ad majorem monumenti illustrationem parum omnino, aut nihil confert. Deinde voces Phoeniciae epigraphes nonnullas, quarum genuinam lectionem definire longe satius fuisset, quam inani, ac fallaci earum commentationi immorari se se; modo cum hac & illa praepostere conjungit, modo ab altera discernit, quae re tamen vera ad unum idemque vocabulum pertinerent. A quo etiam errore non satis

fontes sum inquisiturus, potissimum fuisse propositum, quae ejus esset dialecti natura atque

---

sibi cavit Barthelemyus. Nam loco τῶ כה מעקלם, ut ipse legit, Swintonus vero habet כם מעקלם; erat legendum כשמע קלם. Et haec erat vera lectio, quam nobis indicavit Ill. Perezius-Bayerius. Peccavit ergo Barthelemyus in aliquot epigraphes exscribendis vocibus. At Cl. Swintonus in hoc eo magis peccat, quod unam & alteram vocem nobis extundit, quae ad Hebraeo-Syro-Chaldaici sermonis rationem si absolute exigantur, vereor sane, ut, quidquid doctus Anglus ea de re disputarit, quò suam tueretur lectionem; eruditi viri, quibus earumdem linguarum natura & indoles bene perspecta sit atque explorata, ei ipsi unquam suffragentur.

Sit in exemplum vox ipsa אמנדר, quam per *votum* ille convertit. Bene sane habet, si ad τὸ נדר tantum respexerit. Sed quid de eodem τῷ אמנדר *Amneder*, unam solam vocem constituente dicemus? Illud monstrum erit, non Hebraicum certe vocabulum, neque Syriacum, neque Chaldaicum. Quid fiet praeterea de τῷ מן? Quid quoque de τῷ כם? Sed utrumque praeter omnino earumdem linguarum analogiam; quorum alterum reddit per τὸ *is qui fuit*; alterum vero per *tamquam ex*, nimirum cum sequenti ab se lecta voce מעקלם, *iis qui huc & illuc agitantur*; *qui inflexo cursu* (vel itinere) *jactantur*; qui *torte navigant*, יברכם *benedicat eis*: vel denique, *quum huc & illuc agitati fuerint*; *quum torte navigarint &c.*, interpretandum retur. *Transact. Philosophic. Anglic.* Tom. ante cit. pag. 130. apud ipsum Barthelemyum, epistolae suae ad March. Olivierium pag. 11.

Hanc porro, ut istud obiter moneam, Anglicanam litterariam collectionem, permultis complexam voluminibus, in plerisque Romanis Bibliothecis frustra quaesivisse me, admodum aegre fero. Cujus insignis

Digitized by Google

indoles, primum investigare. Quod perutile sane, neque injucundum argumentum ut prō di-

collectionis volumina multa in Casanatensi nostra habemus quidem partim Anglice conscripta, partim Gallice conversa; in quibus tamen nihil prorsus legerim, quod ad nostrum spectaret argumentum.

Quum vero Barthelemyi ipsius nihil magis interfuerit, quam ut de eruditi Angli, quem, statim ac suam epigraphen explicarat Melitensem, adversarium sibi & interdum ad invidiam usque acerrimum oppugnatorem suum cognovit, sententia certior esset factus; hujusce idcirco cum illo fastidiosae contentionis rationes omnes, nihil fingendo, nihilque dissimulando, sed integra atque incorrupta fide eas in sua ad Marchionem Olivieri epistola recensendo, is ipse nobis exposuerit; collectionis etiam defectu litterariae Anglicanae, quis eodem in explicando Phoenicio Monumento Swintoni modus fuerit, jam satis nobis constat.

Quid igitur hac in re doctus Swintonus peccarit, haud difficile est ad ostendendum. Atqui totus ille eruditi Angli & quidem potissimus error inde provenit; quod τῦ א *Aleph*, quartae vocis primae monumenti lineae, a τῷ צר *Tsor*, ut ego ipse opinor, & sicuti doctus Gallus bene legit, perperam disjungens, τῦ vero מ *Mem*, loco τῦ ש *Schin*, cum altera ejusdem versus vocabulo נדר *Neder*, conjungens, falsam & ineptam lectionem τῦ אמנדר *Amneder*, ipse sibi effinxerit. Tò praeterea מן בן *Man-Ben*, cujus in locum fuisset substituendum שנבן *Schennabon*, Cl. Anglus legendum censuit; sed nulla neque linguae Hebraicae analogia, neque epigraphes sententia. De caeteris vocabulis, quibus fere definitur monumentum, quum ante dixerim, nolo actum agere.

Ex qua vero harum & illarum vocum falsa scriptione monstrum quoddam conflatum illius lectionis est, quam supra protulimus. Sed de Cl. Swintono satis.

Digitized by Google

gnitate, aliqua saltem ratione, tractari posset; illa inscripta tantum monumenta mihi esse pro-

Atque res ipsa ad aliam ejusdem epigraphes jam me vocat lectionem, quam alteri doctissimo viro debemus, clarum apud litteratos nomen adepto. Cui sane viro injuriam facerem, si illa sui inscripti monumenti legendi atque interpretandi ratio eo loci a me silentio praetermissa videretur. Atqui ex paullo superius dictis facile quisque intelligit, verba me de Ill. Francisci Perezii-Bayerii in hoc illustrando Phoenicio epigrammate doctis conatibus esse facturum. Verumtamen dabo operam, quam maxime potero, ut brevi omnia complectar, quae eruditissimus Hispanus in illa superius jam cit., ab se inscripta dissertatione *Del Alfabeto y Lengua de los Fenices, y de sus Colonias*, de hoc Melitensi monumento, pag. 349. — 360., copiose & docte est commentatus.

Principio, quibus & Barthelemyus & Swintonus in monumento interpretando utuntur, rationibus expositis, mox ad bilinguem ipsam inscriptionem Phoenicio-Graecam, Tabula aeri accuratissime incisam, Cl. Hispanus descendit. Deinde utriusque docti viri Phoeniciae epigraphes legendae modum aliquantum varium, tum suum nobis exhibet. Hanc autem suam monumenti lectionem ita disponit Ill. Perezius-Bayerius, ut in Phoeniciarum litterarum definienda potestate ab ipsius Barthelemyi ratione nihil ferme recedere videatur. Qua quidem in re a Barthelemyo si quicquam dissentit, & neque immerito, id totum ad illas quinquies eiusdem formae tantum spectat in epigraphe repetitas litteras, quas doctus Gallus pro τῷ ה *He*, ut superius ajebam, ipse habebat; secus atque eruditus Anglus, qui haud melioribus avibus easdem omnino esse pro τῷ מ *Mem*, reputandas, acri contendebat studio. In hac porro dirimenda controversia, quamvis ad speciem nullius fere momenti, re tamen

ferenda, facile intellexi, quae indubiae essent fidei, magnae idcirco auctoritatis. Ex qua dis-

---

ipsa ad epigraphen illustrandam non infimi ponderis, magnam sine dubitatione gratiam apud Phoeniciae litteraturae studiosos Cl. Hispanus iniit, quod ejusdem elementi ש *Schin*, veram ac genuinam potestatem unus omnium detexerit, atque extra omnem disputationem definierit. Accedit, quod duo illa vocabula כה מעקלם, aut כם מעקלם, de quibus valde quoque controvertebatur, ut ante dictum est, in quibus vero describendis & Barthelemyus & Swintonus sane errarunt; ea vero aliter legendo nempe = כשמע קלם, uti profecto erant legenda, Perezius-Bayerius in suam restituit integritatem.

Verum, ne aliis immoremur rebus, quas mox sumus declaraturi, audiamus ipsum eundem Cl. Hispanum Hebraicis litteris nobis describentem epigraphen, scilicet: =

לארנן למלקרת בעל צר אש נדר עבר:: עבדאסר
ואחי אסרשמר שן בן אסרשמר בן עבדאסר כשמע
קלם יברכם

Quam quidem de verbo ad verbum, ait ille pag. 356., hoc transferendam modo censuit: =

Domino-nostro Melkartho Domino Tyri. Singulariter voverunt servus-ejus Abdasar, et-frater-eius Aserschemor, Ambo filii Aserschemor, filii Abdasar: Secundum-audire-eum vocem-eorum, benedicat-eis.

Eandem vero ornatiorem Cl. Hispanus, pag. 360. latine sic enunciat: =

Domino nostro Melkartho Tyriorum Deo singulariter consecravêre servus ejus Abdasar, et frater ejus Aserschemor: uterque filius Aserschemoris filii Abdasaris. Audiat vocem eorum, et continuo exaudiat eos Melkarthus.

Ad quam epigraphes interpretationem comprobandam ut viam muniat Ill. Perezius Bayerius, ὁ μα-

Digitized by Google

quisitione, perplura, eaque varia complectente, quae doctis fortasse non omnino improbabuntur,

---

χαρίτης, plura statim ponit, quae deinceps tueri qua industria, qua eruditione aggreditur. Ego sane ipse, etsi quantus hac in Phoenicia litteratura Cl. Hispanus praestiterit, bene cognovi; quid tamen in eiusdem explanatione certum, quid dubium, quidque interpolando additum, si, ante quam, uti institui, qualiscumque mea promatur epigraphes expositio, sumo ad ostendendum; proposita poscit ac postulat ratio, ut demonstrem. Quare modum videamus, quo rem Cl. Hispanus agat suam.

Initium capiam a priore epigraphes vocabulo לארנן *Laadonan* (non *Leadonen*) *Domino nostro*; de quo, quantum ego opinor, nihil attinebat dicere, quum sit vox Hebraica, *pronomen affixum* suum ן *Nun*, inflectens more Syrorum; ut ܡܠܟܢ *Malchan*, *Rex noster*, ܡܪܢ *Moran*, *Dominus noster*. Hebraei quidem dixissent: לארננו *Laadonenov*, *Domino nostro*. Sed hoc nihil facit ad rem; neque magis ad ipsam pertinet quod eruditissimus Bayerius, ibid. pag. 357. seq., de *τῷ* ו *Vau*, de que *τῷ* י *Iod*, quas litteras *quiescentes* appellant, disputat; de quibus paullo infra quippiam necessario attingemus. Quasi vero eadem epigraphes vox לארנן suo postremo elemento ו *Vau*, sine quo Hebraei eiusmodi *affixum pronomen* pluralis numeri unquam neque efferunt, neque scribunt, revera heic deficeret. Peculiari idiotismo, Phoeniciae ipsius dialecti proprio, monumenti auctores hac in priori voce Hebraica sic inflexa, utuntur. Quamquam in caeteris inscriptionis vocabulis, si *τὸ* צרא *Tsora*, excipiamus & fortasse *τὸ* ::עבר, una aut altera sua extrema in ipso archetypo monumento exaesum littera (de quo est aliquantum dubitandi locus, utrum illud Hebraicum dicemus, an Syro-Chaldaicum) nihil nisi ad Hebraicam analogiam accommodate legimus.

hominibus, id me consecuturum confido, ut quid de Phoenicum dialecto sit sentiendum, unusquis-

---

Τὸ למלקרת בעל וגו״, *Melkartho Domino &c.*, nunc praetereo, de quo inferius; in quibus tamen duobus vertendis vocabulis Cl. viro plane assentior. At verum ne est id, quod proxime sequitur, videlilicet esse legendum τὸ צר loco τοῦ צרא, ut recte posuerat Barthelemyus, contra quam Swintonus & Bayerius inauspicato ponunt? Quo elemento א *Aleph*, ab eadem voce צר divulso & cum sequenti ש *Schin*, conjuncto, unamne cum Cl. viro constituemus, nempe אש *Esch*? De τῷ צר *Tsor*, certe illud non modo non satis constat, verum etiam, si propius inspiciamus, alteram potiori iure esse τοῦ צרא *Tsora*, retinendam lectionem, haud dubie pronunciaremus. In sacris Hebraeorum libris non צרא quidem, sed צור, vel sine ו *Vau-Hholem* intermedio, צר *Tsor*, ut in Tyri numis, semper legitur. Attamen quid inde? Num illud prohibet, quo minus qui epigraphen descripserint, Metropolim suam Tyrum צרא *Tsora*, appellassent? Quemadmodum Chaldaeus Paraphrastes, Isaiae XXIII. 5. habitatores Tyri צוראי *Tsoràë*, seu *Tyrios* vocat, qui alibi dicuntur צורין, vel צרין, Hebr. צרים. Τὸ vero צוראי a τῷ צורא, vel צרא esse deducendum, si ipse dicam; erunt, ut opinor, qui illud ostendi quasi digito posse, non inficiabuntur.

Tyrum sane antiquitus & SORA & SARRA, littera צ *Tsade*, quae medii est soni inter T & S, in S mutata, fuisse quoque appellatam, veteres tradiderunt. Quorum testimonia quum Samuel Bochartus in primis, *Chanaan* lib. II. cap. X. pag. mihi 815., collegerit, non est quod rursum ea heic proferam. Quod si quis hanc lectionem & quae de τῷ אש habemus mox dicenda, recte expendere voluerit; quam parum apte ipsum τὸ א ab eodem Tyri, sive τοῦ צר vocabulo in Phoenicio divellatur monumento, cito intelliget.

que iisdem deditus litteris , neque ullo errore , neque ullo percipere negotio possit .

Venio igitur ad ipsum τὸ אש , quod , licet in epigraphe nullo י *iod* , intermedio signatum , Cl. Hispanus legit τὸ *Isch* , & *singulariter* (vel pag.357. , *vir* , *quisque* , *unusquisque* , *quisquam*, *singuli*, *singulatim*,) convertit . Verum enim vero aliud prorsus est τὸ אש *Esch*, *ignis*, eadem littera י *iod* , destitutum ; aliud plane τὸ איש *Isch* , eodem sibi *essentialiter* proprio, semper instructum *iod* elemento . Hebraicis namque in voluminibus nullum proferri exemplum potest , quod τὸ איש *Isch* , *unusquisque* , *singuli* , sine suo י *iod* , unquam legatur expressum . Nihilo magis quicquam iuvaret , si dicatur II. Reg. XIV. 19. & Michaeae V. 10. τὸ אש reperiri . Priori autem loco idem vocabulum אש , mutato י *iod* , in א *Aleph* , quodque τῷ יש *Iesch* , respondet Hebraeorum , plane alio sensu est accipiendum ; quemadmodum Thargum Jonathanis, seu Paraphrasis Chaldaica ibidem transtulit ; idipsum verbum per τὸ אית *Ith* , *est* , convertens . Neque id omittendum quod Cl.De-Rossi *Variantium lection. Vet.Testam.* in hunc II. Samuel. locum , Tom. II. pag. 170. adnotavit : multos nimirum codices & antiquas nonnullas editiones *plene* , ut ajunt , איש in eadem significatione *est* habere , non *viri* ; quam perperam lectionem, subjungit ille , huic verbo tribuit interlinearis Polyglottorum versio . Recte sane vulgatus Interpres noster eodem sensu , nempe *est* , τὸ אש ibidem transtulit .

Ex altero autem Michaeae loco nihil quoque colligere liceret , quod Cl.Hispani interpretationi τοῦ אש suffragari ne minimum posset . Ibi enim de opibus impii , iniquitatis thesauro , verba facit sacer Vates , tanquam igne אש consumendis . Si autem sunt , & revera sunt , qui aliter eandem interpretandam vocem velint , ut Chaldaeus Paraphrastes , qui pro τῷ האיש ponit האית , *num exstat* , vel *est* ? quam longe iidem absint ab Cl.

Quandoquidem vero hujuscemodi suppetebant monumenta, quibus proculdubio summa eis

---

viri de eodem vocabulo sententia, non est quod moneam; quum res ipsa per se pateat.

Sed etiam si illud, quod in disputationem venit, Cl. viro daretur; heic solvendus remaneret nodus, qui, quonam pacto expediri ab eruditissimo Bayerio potuisset, ne vix quidem percipio. Et profecto, insit τῷ אש, uti contendit ipse, eadem ac τῷ איש, *quilibet*, *quisque*, *unusquisque*, *singuli*, &c., significatio; si hujusce vocis, & quod proxime subjungitur, verbi נדר ratio sit habenda, & quidem ad sermonis sive Hebraici, sive Chaldaici, sive Syriaci indolem accommodate, idcirco ad dialecti Phoenicii naturam; illud ipsum τὸ נדר *Nadar*, plurali tunc ponatur numero seu נדרו *Naderou*, *voverunt*, omnino necesse erit. Neque alio prorsus modo earumdem linguarum servabitur analogia. Rem ex quampluribus confirmari exemplis possem; quorum haec pauca heic proferre sufficiat. Genes. XL. 5. = ויחלמו חלום שניהם איש חלמו. Quod Syrus Interpres eo vertit modo: = ܘܚܠܡܘ ܚܠܡܐ ܬܪܝܗܘܢ ܓܒܪ ܚܠܡܗ. = Chald. וחלמו חלמא תרויהון גבר חלמיה, *Et somniarunt somnium ambo ipsi, unusquisque somnium suum*. Ubi τὸ איש, Syr ܓܒܪ *Gabar*, Chald. גבר *Gebar*, verbo pluralis numeri τῷ ויחלמו *Vaïahhalmou*, necessario & per analogiam respondet. Quod in sequentibus, quae producemus, exemplis etiam videre est. Deuteron. I. 41. = ותחגרו איש את־כלי מלחמתו. = Syr. vero, ܘܐܙܕܪܝܙܬܘܢ ܓܒܪ ܡܐܢܝ ܩܪܒܗ. = Chald. וזרזתון גבר ית־מני קרביה, *Et accinxistis vos unusquisque instrumentis belli sui* (i.e. armis bellicis). = Judic. VI. 29. ויאמרו איש אל רעהו. = Syr. ܘܐܡܪܝܢ ܓܒܪ ܠܚܒܪܗ. = Chald. ואמרו גבר לחבריה, *Et dixerunt unusquisque ad socium suum* (sive ad invicem).

sit habenda fides, quaeque omnimode apta sint ad probandum; utquid ad alia confugissem, quae

Ab iis & horum similibus quamplurimis exemplis cesso dicere, ne in re Hebraeo-Syro-Chaldaeis-Philologis apprime cognita, longus inutiliter videar. Hujuscemodi namque sexcenta reperiremus, si opus esset, exempla, maximam partem a Christiano Noldio in suis *Concordantiis Particularum Ebraeo-Chaldaic.* pag.27. seq., diligenter indicata; quibus constans esse apud Haebraeos, Syros & Chaldaeos id singulare locutionis genus, maxime commonstretur. Quod sane haud obscuro est indicio, ipsum τὸ נדר, non tanquam *verbale nomen*, sed potius veluti *nomen substantivum*, ut aiunt, omnimode heic esse habendum.

Atque id nec dubium est, & si in quaestionem unquam vocaretur, haec una afferri ratio posset, dicendo: loco τῦ *Nadar*, ut est in epigraphe, τὸ *Naderou* esse legendum, quò τὸ אש ei apte responderet. Cl. namque Bayerio, cui ejusmodi analogica ratio bene explorata erat, lectio haec adeo probatur, ut τὸ *Nadar* per τὸ *voverunt* in sua translatione ponendum existimarit. Verum, si quis ab Cl. viro quaerat, cur ita transtulerit; is sibi responsum hoc habeat: & inscriptionis ingenium & fortasse Phoeniciae dialectus indolem, illud postulare, ut suppresso ejusdem vocabuli נדרו *tertiae personae pluralis* extremo elemento ו *Vau*, quemadmodum in לארנן pro לארננו, suppressum illud idem sed falso ponit, ipsum τὸ נדר vicem eius reipsa suppleat. „ Pues porquè, me dira alguno, tra-
„ dusco yo: *voverunt*? Porque segun el genio de la
„ inscripcion (que puede serlo tambien del dialecto
„ de los Fenices) hago juicio, que aqui נדר *Nadar*,
„ està y suppone por נדרו *Nadarú*, o *Naderú*, ter-
„ zera persona del plural; supprimido el ו *Vau* final,
„ come se suprimio en: לארנן *Leadonen*, por לארננו
„ *Leadonenú*. Pero si no se me quisiese esto permitir,

licet ex illis deprompta fuerint inscriptis, qui aetatem tulere, vetustissimis lapidibus, arche-

---

„ pondrè en su lugar en la version : *vovit*; aunque „ me inclino a que aqui es plural „. Ex quibus postremis eruditissimi viri verbis, quamquam se se de hac sua sibi diffidere opinione clare apparet, eo tamen inclinare animum, ut eidem adhaerere sententiae ingenue fateatur.

At viro, alioqui summo, etsi in eo studii genere plurimum apud me semper ejus valebit auctoritas, hac etiam in parte assentiendum non est. Linguarum namque & Hebraicae & Chaldaicae & Syriacae analogia, a qua certissime nullatenus abludit ipsius Phoeniciae dialectus indoles, facit, ut τὸ *Nadar* pro *tertia persona plurali*, *Naderou* nempe, seu *voverunt*, indiscriminatim heic fuisse positum, numquam mihi persuadeam; cuiquam vero in hisce parumper versato litteris, Cl. virum illud persuasurum non credam. Et sane, reclamarent tot & quantae sint harum linguarum praeceptiones omnes grammaticae. Quid? Illam nativam ac propriam *tertiae personae pluralis numeri* notam, τὸ ו *Vau*, scilicet, quam *characteristicam* dicunt, quaeque verborum *numerum personalem* οὐσιωδῶς, *essentialiter*, constituit, illam inquam, veluti ad libitum ingenii effictam, Phoenices vero in sua dialecto principem eandem neglexisse regulam censemus? Ea de re suis certe & in dicendo & in scribendo regulis haec dialectus non caruit; sicuti & caeterae, quarum memini, Orientales linguae suas profecto habuere, ad quarum normam, sed peculiaribus sibi idiotismis, modo hanc, illam modo, suam inflectebat locutionis rationem. Quod ipsum τὸ לארנן planissime evincit, & ex illa Carpentoractensi superius prolata epigraphe etiam colligitur.

Sed tota ista de τῶ *Nadar* pro *Naderou*, Cl. viri disputandi ratio fallaci illa nititur hypothesi, quam ad

Digitized by Google

typorum tamen ipsorum defectu, eorum apographa tam depravate descripta deprehendimus, ut

nonnulla quoque ipsius monumenti transfert vocabula; eam videlicet esse epigraphes ingenium, ut suas *quiescentes* supprimat litteras. Quae opinio, si ad grammatica (cum ille ipse eo venire nos cogat) descendamus, non video, quomodo consistat. Quonam etenim pacto componi res poterit cum illis de litteris *quiescentibus*, in iisdem linguis constitutis regulis, & cum illa praesertim littera ו *Vau*, quae *tertiae personae pluralis characteristicam* notam ante diximus, quae τῷ *Schouréq* nomine venit, quaeque demum in extremis verbis Hebraicis ejusdem *personae pluralis* perpetuo signatur, in aliis vero *numeri singularis* numquam describitur? Id vero est, quod a nemine doctorum grammaticorum Cl. vir unquam impetrabit, quodque in animum inducere nequeo, ut ipse censendum putem.

Enim vero receptis ipsis regulis ac praeceptionibus si stare velimus grammaticis; quis unquam dicet, litteras easdem illas אהוי EHEVI, quas *quiescentes*, seu *mutas* appellant, in multis vocabulis expressas, sed non lectas, ut דברי הימים *Divre* (non *Divrei*) *haïamim*, *verba dierum*; vel suppressas, ut צר, loco τῷ צור *Tsór*, ut denique (ipsis namque Cl. viri utor exemplis) ארננו *Adonenou*, pro ארנינו *Adoneinou*; has, inquam litteras, in quibusdam extremis aliis dictionibus tanquam suppressas jure esse habendas, idcirco suppleri commodissime posse? Hoc plane novo atque inaudito de litteris *quiescentibus* canone, mirum quantum vocabula effingemus & Hebraica & Syro-Chaldaica; at certe omnino contra quam harum linguarum postulat ac poscit analogica ratio: ad plures personas transferemus, quae ad unam tantum revera attineant: ipsa *pronomina possessiva*, seu *suffixa*, quae in hisce linguis haud infimum locum obtinent, unum cum altero confundemus: uno verbo, & eadem He-

si paucissima demas, coniecturis licet non prorsus improbabilibus assequenda, quid caetera

---

braica vocabula & Syro-Chaldaica omnia invertemus, eaque uno arbitratu componemus nostro.

Litterarum *quiescentium* vel in medio, vel in fine dictionis, & earum, quae tum ad *affixa pronomina*, tum ad *tertias personas* aut *pluralis*, aut *singularis numeri* pertineant, plane dissimilis est ratio. Illae sive deficiant, sive quiescant, ut ajunt, aliqua *motione*, sive *puncto vocali* plerumque supplentur. Nonnullae vero earum si in fine sileant; id accidit, propterea quod *vocali*, seu *motione* expressa, aut subintellecta carentes, quiescant, id est, non proferantur. Quibus de regulis nolo plura dicere, quae a Grammaticis fuse & copiose tractantur.

De aliis autem, quas secundo loco posui, litteris secus est statuendum. Hae, quandoquidem ad vocabulum vel in *plurali*, vel in *singulari numero* declarandum maxime institutae sunt, suo numquam privantur officio; multo minus ante *puncta vocalia* inventa, quae nunc eas aut praecedunt, aut comitantur, in extrema dictione supprimebantur. Haec constans ac perpetua de *quiescentibus* litteris deque *suffixis pronominibus* regula est, cui aliquantum immorari debui, ut a Cl. viri opinione caussam afferrem dissensus mei.

His animadversis rebus, quum τὸ איש nihil quicquam commune prae se ferat cum τῷ איש, ut modo ostensum est; neque ab optima & genuina lectione τῦ נדר, quod veluti *substantivum nomen*, *Neder* nempe, seu *votum*, heic accipiatur oportet, esse recedendum, res ipsa demonstret; nulla idcirco erit caussa, quare in ipsa epigraphe τὸ עבדו *áabdo*, *servus ejus*, admittamus. Contra vero, ut analogia servetur linguae, idemque ipsum vocabulum uno, aut altero suo extremo exesum elemento, τῷ נדר accomodetur; pro *nomine verbali* illud habeamus, est quoque ne-

iisdem universim complexa epigraphis, significent, Oedypus conjector ne divinaret quidem.

---

cesse. Quapropter illam alteram Cl. viri lectionem merito repudiamus; utpote quae neque ejus cohaerentia, neque significatione sententiae cum ipsius epigraphes verbis, sicuti revera & habent sese & sunt legenda, conveniret.

Atque haec & alia a me jam observata, mecum reputans, sic afficior equidem, ut nihil etiam caussae videam, cur litteras illas modo ו *vau*, modo י *iod*, cum doctissimo Bayerio comminiscamur; perinde atque ipsa inscriptionis vocabula iisdem destituta litteris, quas illis affingendas sibi assumit, non obscura solum, sed etiam nulla plane, neque satis apte ad epigraphes intelligentiam significatione gauderent. At enim, ecquid illud est τὸ ואחיו *Veahhiv*, *& frater ejus*, loco τοῦ ואחי *Veahhi*, *& frater meus*, ut apertissime habet epigraphe; tum illud τὸ שני בני *Schene bene*, *ambo filii*, vel *uterque filius*, quod in locum τοῦ שנבן (de quo infra) nullis prorsus in ipso Phoenicio monumento hisce duobus descripti יי *ïodim*, sufficiendum doctissimus vir, una sua de litteris *quiescentibus* opinione fretus, contentiosissime defendit? Verum, etsi nequeo satis mirari Cl. Bayerii singularem eruditionem, attamen, ut libere dicam quod sentio, illa epigraphes de quibus dixi, vocabula, dum secus atque Barthelemyus ea & sane optime exposuerat, eruere vult, amphibologicis falsisque dictis, licet ad speciem captiosis, rem, mea sententia, perspicuam involvere atque obscurare conatur.

De vocabulo quidem ואחיו in locum τοῦ ואחי sufficiendo, hoc unum confirmo & promitto, nullum omnino in sacris Hebraeorum libris ejus generis enallages, quæ hanc confirmaret insolentiam loquendi, exemplum exstare, quo *suffixum pronomen* τοῦ י *ïod*, *meus*, pro altero, sive τῷ ו *vau*, *pronominis affixi* officium item

Contra autem, ipsa, utut pauca sane numero, adducta monumenta, in quorum vel integri-

---

explente, nempe *ejus*, vel *suus*, indiscriminatim promiscueque aliquando describatur. Idque tam ratum, tam fixum, tamque firmum manet, ut mirum sane videatur, hanc ipsam lectionem τὸ ואחיו ab Swintono adversus Barthelemyum propositam, Cl. Bayerium sibi vindicandam suscepisse.

Quod autem de hoc & altero *suffixo pronomine* dico, illud quoque de commentitia lectione τὸ שני בני *Schene bene*, *ambo filii*, vel *uterque filius*, recte dici posse existimo. Per apocopen namque (qua in fine vocis aut una littera detrahitur, aut syllaba) τὸ שן בן *Schen ben* in epigraphe certe expressum, insertis vero duobus יי *iodim*, τὸ שני בני *Schene bene*, esse legendum, sicque restitui in integrum debere Cl. vir opinatur. Quam tamen apocopen apud Hebraeos veteres fuisse in usu, eruditus Bayerius aliquo saltem sacrorum librorum testimonio confirmasset, vellem. Hebraei quidem dicebant = שני בני ישראל, *duo filii Israel* (seu Iacob), Genes. xxxiv. 26. = או שני בני־יונה, *aut duos filios columbae*, Levit. v. 7. = ושם שני בני־עלי, *& ibi duo filii Eli*, I. Reg. iv. 14. &c. Sed numquam dixerunt = שן בן ישראל, &c. Quare haec ipsa, quae Cl. vir profert, exempla & horum similia, quae in sacris Bibliis sexcenta occurrerent, neque proposito conducunt, neque haerent apte. Ut ea ad emendationem, de qua quaerimus, exempla conferrent; id genus apocopes ex veterum Hebraeorum consuetudine fuisse cum in scribendo, tum in dicendo usurpatum, esset commonstrandum. Quod quoniam nulla ejusmodi anomaliae adduci exempla possunt, neque Cl. vir habuit quae afferret, sed sine auctore, sine teste, ad libitum vero hanc emendationem commentus est; nihil igitur eo loco immutandum puto.

Verum enim vero, si in veteribus monumen-

Digitized by Google

tate a falsi suspicione liberanda, vel in eorum interpretatione ab doctorum virorum tum

---

tis, quamlibet integerrimis, cuique erudito ea pertractanti, vel detrahendi, vel addendi sit aequa potestas; ne unum quidem in iisdem remanebit vocabulum, quod aut corrigendo, aut interpretando ad suas non transferat conjecturas; eoque modo & Veteres inducet scribentes, secus omnino quam posuerint; loquentes autem aliter atque ne somniarint quidem.

Jam vero, quum lectiones illae, quas ex Cl. viri emendationibus attuli, videlicet צר , איש·גדרו , עבדו , עני־בני , ואריו · non sunt ejusmodi, ut admitti unquam possint; aliam atque aliam in legendis atque interpretandis iisdem epigraphes verbis viam esse tenendam suadet ratio. Ante vero quam hanc rem aggredior, doctissimi ejusdem Cl. Hispani memoriae illud debeo, quod caeteris, quas protulit, epigraphes hujus Melitensis lectionibus si quis haberet quicquam, quod opponeret; is profecto oleum perderet & operam. Ego vero, qui, quantus fuerit Cl. Bayerius in re litteraria Phoenicum illustranda suo quoque dicam loco & tempore, lubens profiteor, quod eo uno duce reperto, harum litterarum studiosis illud datum fuerit, ut epigraphes vocabula: בשמע קלם, in quibus enodandis adeo sed frustra insudarunt & Barthelemyus & Swintonus, ab illa, in qua certe jacebant, obscuritate ad lucem suam viderint revocata.

Illud praeterea accessit commodi, quod in singularum epigrammatis dignoscenda potestate litterarum, ab ipso Barthelemyo maximam partem detecta, ab Bayerio autem in integrum restituta, ne minimum quidem nunc haereamus. Quamobrem nihil me utilius nihilque opportunius facturum puto, quam si in qualicumque nostra, mox proponenda Phoenicii monumenti explicatione, tantorum viro-

vanis opinationibus, tum ineptis conjecturis vindicanda multum detineri opus fuit; satis super-

rum insistam vestigiis. Hoc tamen discrimine rem exequar, quod epigraphes vocabula, sicuti in ea offerunt sese, ne una quidem littera vel immutata, vel addita, nisi in voce :עבדנ; quippe fine mutila, ideoque aliquantum suae restituenda integritati, describere curabo. Totam igitur adponam epigraphen, ut facilius lectionis nostrae rationem edere possimus. Ea vero est ejusmodi : =

לארנן למלקרת בעל צרא שנדר עבדנן עבדאסר
ואחי אסרשמר שנבן אסרשמר בן עבדאסר כשמע
קלם יברכם

I. e. *Domino nostro Melkartho*; *Deo* titulari *Tyri*. *Quòd votum posuerimus*; *Abdasar & frater meus Aserschemor*; de *quo* solvendo *prudenter cogitavit Aserschemor*, *filius Abdasar*. *Quum* Melkarthus *exaudiverit vocem eorum*, *benedicat eis*.

Qua in epigraphe, ut est a me ad verbum exposita, quid Barthelemyii, quid Swintoni, quidque demum Perezii-Bayerii ipsemet dem explanationibus, quisque cognoscere hanc nostram legendo poterit. At quoniam erunt profecto, quibus noster si non omnino improbetur epigraphes interpretandae modus, ii & iure sane requirent, quae me ratio impulerit, ut aliquot Phoenicii monumenti vocabula, quae potissimum haud parum facessant negotii, secus exponerem; ut partes meae non desiderentur, sentio me in argumento versari, in quo expediendo, de singulis iisdem vocibus, de quibus potissimum controvertitur, nonnulla heic afferre necesse sit. Principio quidem, lectione illa רש צ א, de qua ante satis dictum est, quippe plane incongrua, merito repudiata, ex priori hujusce voculae littera א *Aleph*, in alterum quod antecedit, rejecta vocabulum, צרא *Tsora*, seu Tyri

L 3

que sunt ad argumentum, quod pro virili illustrandum ornandumque suscepimus, in aliqua saltem, ut videtur, collocandum luce.

nomen eliciendum duximus; reliquum autem elementum ש *Schin*, cum proxime sequenti τῷ נדר *Neder votum*, copulandum omnino esse, res ipsa per sese nos admonere videbatur. Quid enim illud esset τὸ ש, si nulla ex parte, ut ita dicam, circumfultum ipsum legissemus? Nihil sane. Quare non vocabulo צרא, quod praecedit, quum nullius esset sensus, sed quod *ἀμέσως*, *immediate*, sequitur in epigraphe, *Neder* nempe, eadem adhaerescat littera ש, oportet.

Sed quid demum erit idem ש, nisi illud erit particula ipsa, quam *inseparabilem* dicunt? Idque ne in dubitationem quidem cadit. Quod facile sibi persuadebit, quisquis attente quae ejusdem litterae ש, vocibus praeposita Hebraicis, ratio sit, pensitaverit. Atque hujusce particulae a τῷ אשר *Ascher*, *qui*, *quae*, *quod*, *cujus*, *qui*, *quae*, *quorum*, *&c.* formatae, quaeque ejus vice fungitur, ea ratio est, ut Hebraicis multis praefixa dictionibus, perpetuo legatur; cujus tamen usus & varius est & multiplex in Hebraeorum sermone. Modo namque *adverbialiter*, ut *quòd*, *quoniam quia*, *&c.*, modo tanquam *pronomen relativum*, *qui*, *quae*, *quod* &c. est habenda, sicuti pluribus ostendit Christian. Noldius, *Concordant. particul. Hebr. Chald.* pag. 590. seq. Duobus autem in locis epigraphes nunc hanc, nunc illam haec particula usurpat significationem. Quia vero illud τὸ *Schin* cum ipso τῷ *Neder* necessario heic coalescit; quid restat, nisi ut lectionem, eamque unam veram, nempe τὸ שנדר, & quidem sine ulla haesitatione amplectamur. Lego igitur τὸ *Schenneder*, propter τὸ *Daghesch forte*, ut ajunt, sequenti litterae *Noun* inscribendum, hancque in pronunciatione geminans ex analogiae grammaticae legibus.

In illis autem, quos usui futuros existimavi, interpretandis lapidibus, quorum ectypa,

---

Qiod de altera epigraphes voce שנבן *Schennabon*, item es dicendum. In qua tamen ipsum ש, voci נבן *Nabon*, praepositum, non *adverbialiter*, sed pro *relativo pronomine* = *Quod*, ut τῷ נדר *Neder, voto*, illud idem respondeat, est accipiendum.

Qua animadversione quantum lucis accedat utrique epigraphes vocabulo, quod fallacibus implicatum conjecturis vidimus, non est necesse, ut multis contendam. Unumquodque namque vocabulum, quum vocem per sese consistentem revera exprimat, nullatenus erat idcirco disiungendum. Quae res eo me adduxit, ut duas easdem voces interpretandas existimarem, videlicet: = *Quòd votum ... de quo* solvendo *prudenter cogitavit* &c.

Quare autem hasce voces, ex quibus tota ferme epigraphes pendeat significatio, sic exposuerim; haec habeo in promptu, paucis declaranda exemplis inter perplura, quae Hebraica sacra volumina suppeditarent: = Cant. Cant. I. 5. אל-תראני שאני שחרחרת ששזפתני השמש׃, *Ne aspiciatis me, QUOD fusca sim, quia decoloravit me sol*. = Ibid. V.8. שחולת אהבה אני, *QUOD langueo amore* = Ecclesiast. II. 14. וידעתי גם-אני שמקרה אחד יקרה את-כלם׃, *Et cognovi etiam ego, QUOD exitus unus eveniet omnibus ipsis*. = Thren. II. 16. אך זה היום שקוינהו, *En ista dies, QUEM expectavimus*. = Ecclesiast. II. 18. ושנאתי אני את-כל-עמלי שאני עמל תחת השמש׃, *Et detestatus sum ego omnem industriam meam, QUA sub sole laborans ego* (vel, ut reddit vulgatus Interpres) *studiosissime laboravi*.

Atque iis in locis & aliis multis, brevitatis ergo a me praetermissis, ex diverso ejusdem praefixae particulae ש usu, modo *adverbialiter*, modo uti *pronomen relativum* sumptae, quam elegantes & varias formari locutiones posse, intelligimus. Quamobrem id

accurate ac diligenter descripta, ad extremam hancce qualemcumque commentationem nos-

---

mihi datum putavi, ut hanc eandem epigraphes particulam duobus, de quibus agimus, praefixam vocabulis, utraque exprimerem significatione. Quippe in hac & in illa nihil prorsus est, quod ad Hebraici sermonis leges non sit quam maxime accommodatum.

Iam satis, opinor, habemus de iisdem compositis vocibus, deque nostra earumdem interpretandirum ratione. Nisi si quis est, qui alterum verbum simplex נבן, sua videlicet praeposita divulsum particula ש, eo converti, quem usurpavimus, sensu posse, non putet. Cui ego, ut, quantum quidem in me est, faciam satis, quicquam eadem de voce animadvertendum duco. Nimirum a themate, seu radice בון, τὸ נבן *Nabon*, quod, ut grammatice loquar, ad personam tertiam masculini generis praeteriti modi conjugationis, quam appellant *Niphál*, refero, esse deducendum, nemo non agnoscet. Quia tamen τῦ בון late patet notio, eaque longe latiori sensu quam in vulgatis reperiatur Lexicis; non τὸ *intellexit* modo ipsa vox significat, sed etiam τὸ *intelligentia*, aut *cogitatione comprehendit*, *mente*, vel *animo percepit*, *consideravit*, *cognovit*, &c. Quid ni quoque τὸ *prudenter cogitavit*? Quod de τῷ נבן idem asserendum existimo; tametsi ad conjugationem *Niphál* pertineat? At enim Hebraeis non insolens esse, unum idemque verbum, nulla suae conjugationis habita ratione, *intransitive* modo, modo *transitive* sumi, omnibus, qui Hebraicas tractant scripturas, notum esse arbitror. Quod si ita est, ut est revera, quo tandem modo repugnans erit, quod τῦ נבן *transitiva* heic accipiatur significatione?

Una tantum vice in sacris Hebraeorum libris idem verbum, ad primam personam communem praeteriti modi ejusdem conjugationis *Niphál* spectans, invenire

train, Tabula aeri incisa dabo; in iis, inquam, exponendis mihi non sumo, ut omnem offensio-

est, videlicet = נבנותי *Nebunoti*, Isaiae x. 10. Quam vocem sunt qui convertant: = *intelligentia*, vel *prudentia praeditus sum* &c. Chaldaeus & Syrus heic habent: = סוכלתן אנא : = ܡܣܬܟܠܢܐ ܐܢܐ, *Sachultono*, *intelligens*, *aut prudens ego* (sum). Alii vertunt: = *intellexi*, ut vulgatus Interpres. Utcumque autem de hoc Isaiae loco statuatur, nihil mihi videre videor, quod impediat, quin epigraphes verbum interpretari commode possimus, apteque ad expositionem nostram. Τὸ namque נבן, etsi in *Niphál*, hujusce generis verborum est, quae tam *transitive*, sive *active*, quam *intransitive*, sive *passive*, rectissime accipiantur, quibusque subjectus is sensus sit, quem in conjugatione *Qál* nuncupata, vulgo retinent. In epigraphes vero explanatione τὸ *prudenter cogitavit* ponendum arbitratus sum, ut quae vis insit in eadem Phoenicia voce, si attendamus, nemo unus non sentiat. Quid? quod in *Niphál* verba vim suam quandoque augeant ac significationem? Cujus augmenti sit in exemplum, praeter caetera plura, id unum Exodi xiv. 14. = יהוה ילחם לכם, *Dominus strenue pugnabit pro vobis*. Verum in re satis explorata nimium longi sumus.

Sed reliqua videamus. Est in epigraphe τὸ עבדנן, extremo, sicuti saepe jam declaravi, uno, aut altero suo exesum charactere. Quam tamen vocem ut integra restituatur, legendam opinor עבדן, vel עבדנן, *ébadnan*, vel *ébadn*, servata ejus inflexione more Syrorum, propter τὸ לארנן item inflexum; quemadmodum superius adnotavi, cum de hac prima epigraphes voce verba facerem. Atqui τὸ עבדנן transtuli := *Posuerimus*, habita ratione particulae ש, *Quòd*, adverbialiter sumptae, ut est intelligenda, & τῷ נדר praefixae. Quoniam vero τῷ Deo, aut numini, quodcum-

Digitized by Google

nem effugerim. Cujus enim impudentiae esset, id de se polliceri? Illud affirmo, tantum spectas-

que illud fuerit, *votum facere* a Latinis auribus minus bene audiri intellexi, etsi vox ipsa עבר, sive Hebraicam, sive Syro-Chaldaicam dicamus, ut ad verbum reddatur, τὸ *facere* omnino postulasset; eandem tamen latiori sumptam significatione per τὸ *posuerimus* convertendum duxi: vel si mavis τὸ *nuncupaverimus*, non resistam. Quamquam in aliquot latinis epigraphis, si tamen effugere notam falsitatis possint, legimus apud Gruterum, pag. xcvii. num. 5. 7. τὸ *Votum solvit*, vel *quod fecit, animo lubens posuit*. Quid? si nos Galli *faire un voeu* satis eleganter dicimus; si Itali *fare un voto*, si Hispani *hacer un voto*, non inepte eloquuntur? Quare demum Phoenices in sua dialecto eundem tenere non potuissent modum dicendi?

Sed contra nititur Cl. Bayerius, loc. ante cit. pag. 352., seq. lectionis suae *servus ejus*, propugnandae caussa, τὸ עבד *facere* de rebus ad res *corporeas* spectantibus tantum dici, de voto autem vel nuncupando, vel solvendo enunciari nonnisi improprie posse contendens. At hac in re quam falsus fuerit Cl. vir, palam ostendunt magno numero Scripturae sacrae Hebraicae loca, in quibus τὸ עבד, cujus significatio apud Syros praesertim & Chaldaeos latissime patet, de cultu in primis & mente & corde, vero numini exhibendo, etiam intelligitur; ut exodi iv.23.-vii.16. 26. (alias viii.1.) - ix.13. -x.26., & alibi saepissime. Idque adeo verum est, ut ipse tractatus Talmudico-Mischinicus, inscriptus: עבודה זרה *Avoda Zara*, seu de *Cultu extraneo*, vel *idololatrico*, tam veteres, quam recentiores Hebraeos eodem sensu τὸ *áabad*, a quo עבודה formatum est, usurpasse, manifeste evincit.

Non minus perspicuum de τῷ עבד נדר, quod tam de voto nuncupando, quam de eodem solvendo quoque sumitur, illud Jonathanis, Paraphrastis Chal-

se me, ut, quotacumque illa sit ipsius argumenti, quod pene invitus suscepi illustrandum,

---

daei, in caput Iudicum XI. v. 39., nec ad institutum nostrum minus apte, minusve accommodate comparatus locus, qui sic habet: = ועבד לה ית־נדריה, ad verbum, *& fecit ipsi votum suum*, Jephte nimirum, qui, ut votum ab se susceptum solveret, filiam suam perpetuae virginitati consecratam reliquit. Sed quid plura? Alia etiam si deessent testimonia, satis hoc uno Chaldaicae Paraphrasis nostra abunde confirmaretur lectio; quae lectio, si ad Chaldaismum reducatur, esset τὸ עבדנא *ébadna*, Hebraice vero עבדנו *áabadnou*, *fecimus*.

Caeterum Chaldaeus hic Paraphrastes, ut reliquos mittam, tametsi a Danielis & Esdrae castigatissimo dicendi genere atque nitore longe absit; nihilosecius ejusdem locum ad rem nostram apprime facientem, consulto expressi, ut Cl. Bayerium, loc. cit. pag. 352., quem suspensum ac sollicitum animo viderem, an revera in aliqua Paraphrasi idem testimonium reperiretur Chaldaica, ipse confirmarem.

Equidem arbitror, satis copiose, licet fortasse nimis, sed dilucide esse a me demonstratum, cujusmodi sit Phoeniciae epigraphes sensus. Sed ne quicquam dissimulem; si sunt, qui τὸ Syriace inflexum עבדנן, vel עבדן, *posuerimus*, aut *nuncupaverimus*, prima persona pluralis numeri etulerim, parum probent; propterea quod haec de voto vel suscepto, vel solvendo formula Veteribus recepta & in saxis obvia, tertiam personam requirere videretur: horum ego sententiam quum nollem prorsus improbare, ii sciant me non multum renitentem habituros. Quamquam ipsius inscriptionis a τῷ *Domino nostro* exordium sumentis, ingenium in prima potius, quam in tertia persona auctores monumenti, meo quidem judicio, & uti Cl. Barthelemyo visum est, fuisse loquutos innuere videatur. At quia

Digitized by Google

obscuritas atque difficultas; non plane infructuosis conatibus nostris aliquid, quantum in me fuit,

---

illud ejus esse generis intelligo, ut de eo in utramque disputari partem possit; non is ego sum, qui omnino repugnare velim. Si modo, quibus haec nostra voti enunciandi formula minus placeat, a verbi tamen עברו *posuerint*, vel *nuncuparint*; sicuti illud in eadem persona tertia Syri, Chaldaei atque Hebraei hanc vocem usurpant, lectione admittenda illi non repugnent: At enim hac una, aut altera idem verbum, quocumque restituatur modo, accipiendum esse significatione; tam explorata atque perspecta res est, ut nihil magis:

Quod autem τὸ כשמע קלם יברכם, *secundum audire vocem eorum*, *benedicat eis*, vel *quum propitius ipsis fuerit*, *bene eis sit*; spectat; illud ita comparatum est totum; ut ad veterum Hebraeorum dicendi normam mire exactum sit. Neque opus esse puto, exempla, quae sane permulta sunt, ex sacris libris depromere, quibus illud demonstrarem. Singulas namque has voces epigraphes ad Hebraei sermonis analogiam plane accommodate incedere, satis est cognitum.

Jam Phoenicii Melitensis epigrammatis paullo obscurioribus illis explicatis vocibus, quae ad ejus explanationem conferre videbantur posse; ut quam pag.96. & 165. dedi, nunc liberem fidem, mihi declarandum remanet quid de ipso Melkartho, cui monumentum consecratur, deque hujus numinis & Tyriorum, qui votum ei nuncupavere, varia nominis appellatione, utrique bilingui Phoenicio-Graece inscripta epigraphae, meam brevi aperiam sententiam.

Melkarthum quidem a Phoenicibus numen summis honoribus affectum, uti magno veterum scriptorum, Herodoti, Diodori Siculi, Strabonis, Quinti Curtii & aliorum consensu memoriae traditum est, ea vocatum appellatione fuisse, quasi diceres: מלך־קרת = *Melech-Krath*, sive מלך־קרתא *Melech-Kartha*, hoc est

illis, qui hisce delectantur monumentis, ac Phoeniciam sapiunt litteraturam, utilitatis af

Regem urbis, & בעל־צרא *Dominum*, seu potissimum metropolis *Tyri* Deum, haud obscure patere arbitror. Neque praeter Joan. Seldenum, *De Diis Syris*, Syntagm. I. cap. VI. pag. mihi 185., idem nomen in τῷ מלך־עריץ *Melech*, aut *Melich-Aritz*, hoc est *Rege praevalido*, seu *tyranno*, latere scribentem, sed per levissimam, ut non dicam inanem, conjecturam illud quaerentem, eruditorum legi neminem, qui dissentiat. Atqui ob duarum litterarum ejusdem, ut ajunt, organi concursum, ך scilicet & ק in hac & altera voce occurrentium, una earum extrema, τῷ nempe מלך, elisa, minusque asperioris soni gratia, Phoenices τὸ מלקרת *Melkrath* pronunciasse, ne vix quidem dubitarem. Tὸ vero קרת, Hebr. & Chald. *urbem* significare notissimum est; quodque in *emphatica*, quam dicunt, forma Chaldaice effertur קרתא *Kartha*, Syr. ܩܪܝܬܐ *Kritho*.

Quemadmodum autem, ut superius pag. 135. posui, gentes plures *Molochum* מלכם, seu *regem suum* quaeque habuere, quem tanquam tutelarem Deum urbis suae magna veneratione prosequebantur, ac palam praedicabant; ita Phoenices HERCULEM veluti suae metropolis Tyri regem, MELKARTHI cognomine reverebantur. De fictitiis ejusmodi Diis, quos gentes eo modo suis praefecerint urbibus, est Isaiae XXXVI. 19. insignis locus. Quos etenim Vates sacer ibidem vocat אלהים, Deos *Emath* & *Arphad* & *Sepharvaim*; IV. Reg. XIX. 13. מלכים *Reges* earumdem & aliarum dicuntur urbium.

MELKARTHUS igitur Graecis, sicuti a Phoenicibus acceperant, dictus Μελικέρτης, seu *Melicerta*, & Hesychio Μέλικα, tum apud Eusebium, *De Praeparat. Evangel.* lib. I. cap. X. pag. 38. Μέλκαρθος, corrupte vero apud eundem, *De laudibus Constantini*, in

Digitized by Google

ferrem. Quibus sane doctis viris etiamsi satisfecerim, quemadmodum sperare licet, mihi tamen

---

extrema illius *Historiae Ecclesiast.* pag. 532., *Μελκάθαρος*; quis demum alius est, nisi ipse מלך־קרת, &, ut paullo ante aiebam, per syncopen litterae כ *Caph*, מלקרת, sive *Melkarthus*? Qua quidem vetustissima apud Tyrios & Sidonios appellatione, uti a Philone Byblio ex Sanchuniathone nominatur, HERCULEM Phoenicium designari, ille idem Eusebius loc. cit. *Praepar. Evangel.* litteris prodidit. De quo prisco Herculis cognomine consuli possunt N.Fullerus, *Miscellan.Theol.* lib.III. cap.XVII.pag.372.—374. = Samuel Bochartus in *Chanaan* lib.I. cap.XXXIV. pag. 682. lib.II. cap. II. pag. 787. = Joh. Marshamus, *Chronic. Canon. Aegypt.* &c. Secul.XI.pag.303. & caeteri.

Nunc vero τοῦ Melkarthi nominis exposita ratione, mirabile nemini videbitur, si in Melitensi bilingui epigraphe illud ipsum commentitium numen בעל צרא *Baal-Tsora*, sermone Phoenicum מלקרת dicatur, quod Graeca inscriptio Herculem appellat. Quid enim ex utraque epigraphe colligi evidentius potest, Melkarthum non alium ab Hercule fuisse Phoenicum? ab eo, inquam, ad quem Carthaginienses veluti ad unum Deorum suorum patrium & coloniae suae patronum, auctore Polybio in *Excerptis de Legationibus* num. CXIV., *Histor.* Tom. II. edit. Amstel. 1670. pag. 1310., *ἀπαρχὰς primitias* deferebant; aut sicut centum & amplius post annis scripsit Diodorus Sicul., *Histor.* lib.XX.cap.14.edit. Wesseling.Tom.II. pag.416. *εἰώθεισαν ... δεκάτην ἀποςέλλειν τῷ θεῷ πάντων τῶν εἰς πρόσοδον πιπτόντων*.Cui *numini decimam omnium,quae in proventuum rationem caderent,transmittere solebant.* Quem Herculem Tyrium, Josuae Synchronum, praeeunte Eusebio in *Chronicis* num.CXXXVII., facit Jo. Gerard. Vossius, *De Idololatr. Gentili* lib.I. cap.XXVI. Oper. Tom.I. pag.73., & in cujus honorem mactatis

numquam satisfaciam. In hac enim, uti jam saepe declaravi, bene assequenda litteratura cum

hostiis, quinquennalibus ludis Tyri magna celebritate & apparatu factis, Antiochum Epiphanem praesentem adfuisse, narrat sacer scriptor Machabaeorum lib. II. cap. IV. vers. 18. — 19.

De Melkarthi, Melitensium quoque & Carthaginiensium spectatissimi numinis, appellationis diversitate satis. Quod sequitur de Dionysio ac Sarapione, vel Serapione, Tyriis Fratribus, Graeco sic appellatis nomine, aliter atque sese in Phoenicia vocant epigraphe, non est cur explicandum multis esse videatur. Nihilominus quae hujusce diversitatis sit ratio, paullum est inquirendum.

Enim vero illud ipsum Melitensium moris tunc aetatis fuisse censerem, quod Orientalium populorum universim ferebat consuetudo; apud quos videlicet ita mos antiquitus obtinuerit, ut non privati homines modo, aliique etiam dignitate eminentes, sed etiam urbes, oppida, praeter Orientalem suae cujusque gentis propriam appellationem, Graeco quoque interdum uterentur nomine. Quem quidem morem potissimum invaluisse existimo, ab illa Alexandri magni tempestate, qua, eo ipso duce ac imperatore, Macedonibus rerum in Oriente potitis, Asia vero ferme tota Graecorum post frequentata colonis, metropoli Tyro universaque Phoenice jam superata, Seleucidarumque subjecta imperio; hi & illi populi nomina sibi imponere Graeca non dedignati solum, verum, ut dominis suis morem gererent, studiose fuerint aemulati.

Sic in Judaea gente, Oniae Pontificis fratrem, qui patrio nomine ישוע *Jeschouaá*, seu JESUS vocabatur, mores autem & instituta impie consectantem Graecorum, ac summo Sacerdotio, multis Antiocho Epiphani pactis pecuniis, obtento, JASONIS cognomine se appellasse, II. Machab. IV. 7. seqq. & apud Josephum, *Antiquit.*

plus etiam contendero, quam possim; minus tamen semper, quam ipsius argumenti rationem

Judaic. lib. XII. cap. V. §. 1. pag. 608. legimus. Sic quoque Oniam alterum, nefarii Simonis, Templi praefecti fratrem, Jasone ipso nequiorem, eique in Pontificatu ab eodem Antiocho suffectum, sibi MENELAI appellationem tribuisse, idem liber Machab. IV. 24. 27. tradit; quod & ipse Josephus loc. cit. Oper. Tom.I. testatum item reliquit.

Quid? si Carthaginiensem Philosophum Platonicum ASDRUBALEM, uti a suis appellabatur, Graeci CLITOMACHUM cognominarint? ut a Laertio, *De Vitis & Dogmatis*, &c. lib. IV. edit. Londin. 1664. pag. 113. aliisque veteribus scriptoribus proditum est; quemadmodum Samuel Bochartus in *Chanaan*, lib. II. cap. XII. pag. 824. seq., Jo. Alb. Fabricius, *Biblioth. Graec.* Tom.II. lib. III. pag. 56. & ipse Cl. Barthelemyus animadvertunt.

PORPHYRIO quoque, qui domo Bataneotes Tyrius Syrorum lingua MALCHUS dicebatur, illud Cognomentum Graecum fuisse, observat Fabricius, loc.cit. Tom.IV. lib.IV.cap.XXVI. pag.181. Haec exempla satis sunt. Quare mitto quae ea de re adduci, deque numis possent, tum de civitatibus praesertim multis, duplici item nomine, uno Orientali, Graeco altero insignitis, a Christoph. autem Cellario in *Notit. Orbis Antiqui*, ab aliisque passim adnotatis. Relege tamen, si placet, quod de numo Phoenicio MAZACAE accensendo, superius adnotavi pag.123.

Igitur, si haec ita comparata res olim fuerit, ut qui vel publica ponerent monumenta, vel sese scriptis suis commendarent, vel eminentibus praestarent dignitatibus, non uno suo patrio nomine tantum, sed & Graecorum more quandoque appellarent sese; quod bilinguis epigraphes Melitensis auctores eo pacto instituti item fuerint, ut Graecis verbis partim, partim

omnino postulare intellexi, ipse mihi contendisse videbor. Quod si ex illa me, quam modo

---

lingua patria monumentum ipsum Melkartho, seu Herculi inscriptum consecrassent, nihil sane est, quod demiremur.

Atque ad hanc eandem rem nostram egregie confirmandam maxime conferret Palmyrenum monumentum, cujus mentionem facit Cl. Barthelemyus loc. cit., hoc est, in suis *Réflexions sur quelques monumens Phéniciens*; Actor. Acad. Reg. Inscript. Tom. XXX. pag. 411. cujusque lectionem dederat eorumd. Act. Tom. XXVI. pag. 596. Tab.III. num.2., si tamen quae priori loc. indicato Tom. XXX. doctus idem vir asseruerat, consistere revera quirent. Ejus namque sententia, monumenti auctor in Palmyrena epigraphe vocatur *Jarhi, filius Halibi, fil. Jarhi*, qui in Graeca *C.* (leg. *L.*) *Aurelius Heliodorus* nuncupatur. Verum hac in ipsa Palmyrena inscriptione, quam postremus omnium eruditissimo illustravit commentario Cl. Augustin. Anton. Georgius, huiusce *Jarhi*, *filii Halibi*, &c. ne vestigium quidem reperire est. Id unum tantum ex eruditi viri interpretatione colligimus : = תלמר,vel כבר נכבר בר דאנדתוכו , h. e. *Nobilem Palmyrenum*, *filium Antiochi* monumentum *Aglibolo & Malachbelo*, *patriis diis suis* consecrasse. Confer ejusd. doctissimi Georgii *De Inscriptionibus Palmyrenis, quae in Museo Capitolino adservantur, interpretandis, epistolam ad eruditissimum virum Nicolaum Canonicum Fogginium, Corsinianae Bibliothecae praefectum*; edition. seorsum factae Romae 1782. Tabul. pag. 52. & Commentar. pag. 82—89. Quae Cl. Georgii epistola inserta habetur *Musei Capitolini*, iisdem typis & anno vulgati Tom. IV. pag. 411.—436., ab illo ipso Cl. Fogginio Italice illustrati; ubi Tabul. XVII. pag. 87.—98. de hoc monumento disseritur.

At Joannes Swintonus a Barthelemyo non dissen-

aiebam, spe ita dejectum aliquando intelligam, ut sint, quibus mea de hoc argumento disseren-

tit. Hanc namque eandem τῦ *Jarhi* &c. lectionem Cl. Anglus tenet. In qua vero Palmyrena interpretanda epigraphe, servata Romae, & a Grutero primum, *Inscript. antiq.* Tom.1. part.1. pag.LXXXVI.num.8., tum a Sponio, *Miscellan. eruditae antiquit.* pag. 1. jamdudum edita, sed ab utroque male expressa; quo apographo usus Swintonus fuerit, coniectura tantum assequi possem. Utinam illud secundi evenisset, ut quod de Palmyrenis in lucem hactenus emissis inscriptionibus Cl. Anglus multis ab hinc annis publici juris fecerat, aliquando evolvendi mihi data copia fuisset. Sed opusculum oculis perlustrare spes diu quidem, frustra tamen me tenuit. Est autem eo descriptum titulo: = *An explication of all the inscriptions in the Palmyrene Language*, &c.h.e. *Expositio Palmyrenarum Inscriptionum, quotquot ad hoc temporis in hominum doctorum notitiam venere, omnium, quinque epistolis comprehensa, quas ad V. R. Thomam Birch, Theol. D. & Regiae Societatis Londinensis curavit Joannes Swinton, M. A. Collegii Christi, quod apud Oxonium est & Societatis ejusdem regiae Collega.* 9. plagg. cum 12. Tabulis aere excusis, in — 4to. sine anni praesertim & loci (sed certe Oxonii) nota; quod de industria factum equidem arbitror. Cujus tamen eruditi opusculi, de quo ne unum quidem verbum profert Cl. Georgius, si quam habuerim notitiam, *Novis Actis Eruditorum Lipsiens.* mens. Novembr. 1757., ubi diligenter recensetur liber pag. 671. seqq., eam debeo. Quod eruditum opusculum si ad manus habuissem, nonnulla sane Cl. Swintonus doctrina sua atque eruditione mihi suppeditasset, quibus argumentum ornassem meum.

Quemadmodum Palmyrenam doctus Anglus legerit epigraphen, & quantum ad Barthelemyi lectionem litteris expressam Hebraicis, vel accesserit, vel

di ratio parum probetur ; multaque, sed nullo in hunc qualemcumque laborem nostrum detra-

ab ea discesserit ; quum eruditi auctores Lipsiensium ephemeridum ejusdem inscriptionis, uti & caeterarum, quas Cl.Anglus est interpretatus, ectypa ipsa radio caelata, Haebraicis item reddita litteris, oculis subjicenda non censuerint;nihil certi affirmabo. Quamquam ex docti Angli interpretandi modo aliquod de hac collatione ferri judicium potest. Sic enim epistola tertia, (Nov. Act. Lips. an. cit. pag. 676.) palmyrenam ille idem convertit epigraphen : =

Aglibolo & Malacbelo & monumentum elevatum (sive *signum*) *argenti & ornatum ejus paravit ex marsupio suo Jarhaeus* (vel *Jaraeus*) *filius Halibaei* (sive *Chalibaei*) *filii Jarhaei* (sive *Jaraei*) *propter officium* (sive *religionem timoris* (i. e. ex voto, Jaraeo in aliquo periculo constituto & timore perterrito facto) *& ob salutem suam & salutem liberorum* (vel *familiae*) *ejus, mense Schebat anni* 547.

Barthelemyus vero ad epigraphes lectionem definiendam tantum intentus, quam Hebraicis litteris Tabulae aeri incidere curavit, loc.cit. Act. Acad. Inscript. Tom.xxvi. num. 2. pag.596., uti supra adnotabam ; ex ipso Palmyreno monumento id comperti nos habere scripsit, ibid. pag.578., quod *dans le mois de Schebat de l'an* 547.*de l'ère usitée à Palmyre, un citoyen de cette ville avoit fait construire à ses frais un monument en l' honneur des Dieux Aglibolus* & *Malacbelus, pour sa conservation & pour celle de ses enfans*. i. e. *Mense Schebat an.* 547. *acrae Palmyrenae, civem quemdam ejus urbis suo aere monumentum construi fecisse, honori Deorum Agliboli & Malachbeli sacrum, pro sua & liberorum suorum salute*.

A qua Barthelemy expositione, quippe simpliciori, eaque veriori, a Graeca autem parum abludente, Cl. ipse Georgius in sua Palmyrena haud multum ab-

hendi studio, deprehendant minus recte dicta: horum ego judicium maxime suspiciam quidem.

---

fuisse videtur. Sed quia inscriptionis ectypon summa fide ac diligentia ab Jac. Georg. Christian. Adlero, praestantis ingenii & singularis doctrinae viro, Romae ex ipso Capitolino autographo descriptum, Cl. Augustinianus nactus fuit, quod tam accurate delineatum neque Barthelemyus, neque Swintonus penes se habuerint; quantum doctissimi Georgii lectio ipsa caeteris duabus praestare debeat atque interpretatio, eruditi homines facile judicabunt. Atqui integra Cl.Georgii lectio haec est Hebraicis hodiernis ab se concepta litteris: =

לענלי־כולו ומלנ־כלו בתרווכוי כלים ואות בן־בכסף
עברתן קים בכל־הת כבד תלמר בר דאנדתוכו לשתו
ושנולו ליחדו חכיות ואבניה בירח דשבט שנת זמ . פה

i. e. eodem interprete: = *Aglibolo & Malachbelo, patriis Diis, etiam* (hoc) *signum confectum ex argento de redditibus suis posuit cum omni ornatu nobilis Palmyrenus, filius Antiochi, ad salutem suam propriam &* (conjugis) *una secum viventis & filiorum suorum in mense Schevat, Anno Z. M.* & *Ph.* Quae tres postremae litterae dant annum 547. aerae ejusdem Palmyrenae, quae ipsa est Seleucidarum, ut mox adnotabo.

Quum autem eo usque adductus ego fuerim, ut Graecae subjectam Palmyrenam exhiberem epigraphen; non displicebit fortasse, quid ferat ipsa Graeca heic legere. Est autem hujusmodi Graecis hodiernis expressa litteris.

Αγλιβωλῳ και Μαλαχβηλῳ πατρωοις θεοις,
Και το σιγνον αργυρουν συν παντι κοσμῳ ανεθηκε
Λ. Αυρ. Ηλιοδωρος Αντιοχου Αδριανος
Παλμυρηνος εκ των ιδιων υπερ σωτηριας αυτου
Και της συμβιου και των τεκνων
Ετους Ζ. Μ. Φ. Μηνος Περιτιου

Id est: *Aglibolo & Malachbelo, Patris Diis, hoc autem*

Neque me fugit errare posse me.; corrigi autem quare nollem ? Ut enim verbis ipsis utar Horatii *de Arte poetica*, vers. 88.=

---

signum argenteum cum omni ornatu consecravit Lucius Aurelius Heliodorus, Antiochi filius, cognomento *Hadrianus Palmyrenus de pecunia sua pro salute sui ipsius & una viventis* (uxoris) *& filiorum*. *Anno DXLVII. mense Peritio*.

In hac autem Latina epigraphes versione exponenda addidi τὸ *cognomento*. Quod quidem cognomen, Imperatoris Hadriani, Palmyrae urbis instauratoris, benevolentiae sibi conciliandae caussa, Heliodorum sumsisse, aut ab ipso Hadriano inditum ei fuisse, quod & Romanorum partibus impense faveret, & magnae apud suos auctoritatis haberetur, coniectura non improbabili affirmari posse arbitror. Profecto vox ἀνέθηκε, *consecravit*, unum solum Palmyrenum civem Patriis suis diis *Aglibolo* ac *Malachbelo* monumentum posuisse, palam indicat. Quae tamen coniectura si minus arrideat, consulatur Cl. Georgii loc. cit. Commentar. pag. 83. — 85. Ubi τὸ Ἀδρίανος virum indicare *divitem*, *illustrem*, *magnificum*, *inclytum* &c., ingeniose statuit; respondere autem τῷ הדרה (Lege הדר, aut הדור) vel הדרא, quod Hebraice & Syriace eiusdem est significatus ac τὸ כבר, vel נכבד, ut ille ipse in epigraphe legit Palmyrena, i. e. *magnus*, *honoratus*, *gloriosus*, *nobilis*; ex eademque radice (הדר) proprium *Hadriani* nomen prodiisse ibidem defendit. Chaldaeos quoque dixisse הדור & חדרא, quibus virum significarent *honoratum*, *honorabilem*, exploratum existimo.

De Patriis vero Palmyrenis Diis *Aglibolo* & *Malachbelo*, quorum ille *Deum rotundum*, sive *Solem*, hic *Regem Belum* significat, ut Seldenus, Vossius, Bochartus, aliique iamdiu observarunt, non est quod multis dicam. Quidquid porro de iisdem afferatur

Cur nescire pudens prave, quam discere malo!
Verumtamen, quidquid hactenus attuli & quo-

---

numinibus, eo revolvi existimo posse, ut, quemadmodum gentes suum quaeque olim *Molochum* coluere, quod superius dicebamus, & quidem non uno solo appellatum nomine; sic Palmyreni suum Βεελσάμην, aut [illegible] *coelorum Dominum*, una aut altera vocatum appellatione habuere, quem summo honore prosequerentur. Quid enim est τὸ Ἀγλιβώλος nisi ex vocibus ortum עגלי, aut עגול, *rotundus*, & בעל *Dominus*, sive *rotundus Dominus*, quae solis est figura, & ipse sol? ut sit Graecorum Ζεὺς Ὀλύμπιος, vel dominus orbium aetheriorum, sive coelestium, observante I. G. Vossio in extremo capite XXVI. lib. I. *De Theologia Gentili*. In τῷ autem Μαλάχβηλῳ quis non agnoscat τὸ מלך־בעל (contracte בל) *Regem Dominum*, aut rectorem Universi, seu ipsum Jovem?

Rem vero sic explicat Cl. vir Georgius loc. cit. Commentar. pag. 54. seqq. 61. seqq., ut Aglibolus sit ipse Jupiter, & Malachbelus ipse ille sol. Neque tamen reticendum, quod de iisdem numinibus, quorum alter *Jupiter Oromasdes*, alter vero *Mithra* veterum Persarum; deque auctoribus, qui Persicis hisce numibus monumentum consecrarunt, Cl. vir ibidem & *Epistolae* hypothes. IV. pag. 38.— 51. disserit. Videlicet illud pluribus comprobare adnititur, tam hujus primae, de qua agimus, quam secundae Palmyrenae Capitolinae ab se quoque illustratae inscriptionis auctores Magos fuisse Palmyrenos sacerdotes de secta & schola Zoroastris, & quidem non alio utentes sermone & litteris, quam vernacula lingua & scriptura Assyriaca. Quas ego litteras, Hebraeo-Syro-Chaldaicas ipsas quidem intelligo, sed mirum quantum maximam partem depravatas. De lingua autem, quam haec Palmyrena exprimit epigraphe, quid dicam? Vernacula ipsa illa sit Assyriaca, sive Hebreo-Chaldaica,

cumque modo attuli, qualecumque demum sit, quaeque etiam sim deinceps tractaturus; nulla

qua usus primum fuerat Zoroastres, ut Clarissimus vir Georgius opinatur, *Epistol.* pag.48.; non repugno. Dialectum in hac epigraphe equidem video ab Hebraeo-Syro-Chaldaico sermone nequaquam abhorrentem; sed ejus dicendi ratio sic comparata est, quantum ego ipse intelligo, ut in quibusdam vocibus dialectum anomaliis scatentem prae se ferat. Quamquam voces nonnullas scalptoris vitio atque incuria minus recte fuisse descriptas, eruditissimo Georgio facile concederem.

Hanc porro sententiam de utriusque Palmyrenae inscriptionis auctoribus, a nemine eruditorum, quod ego sciam, ante propositam, sed a Clarissimo viro non minus ingeniose, quam erudite propugnatam, heic paucis recitasse satis est. Venio ad ipsam inscriptionis epocham.

Quam vero bilinguis haec epigrahe signatam prodat epocham, quae ad nostram referatur, juvabit brevi explicare. Atque annum quingentesimum quadragesimum septimum ab aera Seleucidarum, Asianis populis multis & Palmyrenis tunc aetatis & multo antea temporis usurpata, esse repetendum & quidem ab Autumno U. C. 988., quo mense Peritio, seu Februario Romano inscriptio illa dicata fuit, in annum incidisse Christi 236., hoc est in primum imperii Maximini eodemque & Julio Africano Css., jam animadversum ab Ill. Cardin. Norisio *De Epochis Syromacedonum*, Dissert.II. cap.II. §.II. pag. mihi 103., tum a Lud. du Four de Longuerue *De variis Epochis & anni forma veterum Orientalium*, Dissert.I.cap.III. §.XV. pag. 67. Quibus egregie doctis viris adstipulatur Cl. Georgius ipse, loc. cit. Commentar. pag.98. — 106., ubi rem erudite illustrat. Neque discrepant alii multi, quos commemorare supervacaneum arbitror. Non

praeiudicata opinione, bona autem mente expendant, etiam atque etiam obtestor.

dissentit quidem doctus alter vir Hieremias a Bennetis, *Chronologiae & Critic.Histor.* &c. Tom.III. Prolegom.IV. art. V. §. V. pag. 256. seq. At quasi immemor eorum, quae ibid. recte scripserat, parumque sibi constans, Tom. nempe V.Prolegom. VII. Art.IV. §.XI. pag.299., eundem, quo epigraphe obsignatur, annum 457., qui, eo ipso judice, procul dubio fuit Seleucidarum & Urb. cond. 988., Maximini vero Imperii annus I., in annum tamen 235. aerae Christianae refert. Quod etiam facit eiusd. Tomi Art. VII. §.II. pag.443. Nisi illud cit. locis mendo exciderit typographico. Nam si annus 457. aerae Seleucidarum cum anno Christi 235. concurrat, sicuti ab erudito Claudio Clemencet in primis auctore insignis operis, cui titulus: = *L'Art de vérifier les dates*; *Tabulae Chronolog.* pag. 5. & *Chronologiae Consulum* pag. 330. edit. Paris 1770., hoc eodem anno 235., U. C. 988. Severum & Quintianum consulatum gessisse, ibidem notatur. Non repugnaret quidem ipse annus I. imperii Maximini. Sed obstat eius consulatus annus: tametsi Cl.Petavius & auctor *Chronologiae Consulum*, loc. cit. Maximinum consulem creatum cum Jul. Africano ponant anno Christi 236. aerae Seleucidarum 548. U. C. 989., & ut ferunt *Fasti Consulares ex Anonymi Codice Mss. Bibliothecae Caesareae* ab Ill. Card. Norisio, in extremo *De Epoch. Syromaced.* opere vulgati, edit. Florentin. 1691. pag. XX. A Norisio igitur aliisque doctissimis viris in Palmyrenae epigraphes annorum nota reducenda, nulla est ratio, quare discedamus.

De mense Peritio, qui in inscriptione Graeca Syro-Macedonico appellatur nomine, hoc unum dicam, me nihil habere, quamobrem Ill. Card. Norisio hunc mensem ad Februarium Romanorum revocanti, repugnem. Sunt tamen non infimi nominis Chrono-

Illud quoque reputent; in hoc studii genere non mediocris laboris ac temporis, multoque

logi, qui suis in mensium Syro-Macedonum Tabulis Peritium mensem Januario nostro consociant. Verum Hieronymi auctoritas facit, ut ab Cl. Norisio nollem dissentire. In caput enim I. Zachariae, Oper. edit. Martianay Tom.III. col. 1709., de mense *Schebat* loquens sanctissimus Pater haec scribit: " Mensis autem undecimus, qui appellatur SABAT ..... est in acerrimo tempore hyemis, qui ab Aegyptis *Mechir*, a Macedonibus Περίτιος, a Romanis Februarius appellatur ". Quod S. Doctoris testimonium ita conciliari existimo posse, ut mensis Schebat Hebraeorum Januario nostro partim respondens, aliqua etiam sui parte cum Peritio Syro-Macedonico, sive Februario decurrerit Romanorum.

Illud quoque in utraque epigraphe observatu dignum puto, Palmyrenos tum temporis & multo ante Graeca utentes lingua, annos & menses Syro-Macedonicos usurpasse, quos aerae Seleucidarum accommodarent. Sed quum sua propria loquebantur lingua, quam dialectum Hebraeo-Chaldaeo-Syram haud immerito diceres, eosdem in suis computandis temporibus alios quoque adhibuisse menses, nempe Syro-Judaicos, quos jam usque a longa aetate propriis appellarent nominibus. Quod doctissimis hominibus Jac. Sponio, Samuel. Petito, Ill. Card. Norisio caeterisque secus, sed minus recte visum fuisse, animadversum ab Cl. Hieremia a Bennetis loc. cit. Tom.III. pag.269. video. Quodque Palmyrenae aliae inscriptiones ab Jo. Swintono collectae atque explicatae, evidentissime ostendunt.

Jam vero, quoniam ex Cl. Georgii producta Palmyrena epigraphe, in cujus Commentario doctissimus vir lectionis suae atque interpretationis rationem multis argumentis & sane gravissimis tuetur atque

pacatioris ac tranquillioris mentis, quam haec nostra, quibus ista litteris trado, infelicissima

confirmat; nihil eruitur, quo illud τὸ *Jarhi* &c., de quo ante dicebamus,in ipsa inscriptione unquam exstitisse colligere liceat; eandem ipsam Barthelemyi & Swintoni lectionem deseramus oportet. Quam sane lectionem ab nostro Academico Gallo Cl. Anglum mutuasse, erunt qui suspicabuntur. Quidquid ipse ille Swintonus, *Epistola* ad Cl. Birchium *prima* (Nov. Act. Erudit. Lips. loc. cit. pag.673. — 675.) contra & quidem magno studio ac magno molimine afferat, ut hanc injectam sibi suspicionem levet & ab se removeat. Nam praetermissa (illudque, ut videtur, de industria) anni nota in ejusdem Clarissimi viri de Palmyrenis inscriptionibus ab se anglice edito & superius descripto opusculo, hanc eandem saltem aliquantum fovet suspicionem. Sed haec litigiosa & invidiae plena disputatio nunc omittatur. Hoc tantum in transcursu observabo; in id genus monumentis enucleandis, si optimae notae destituamur ectypis, ad unas solas conjecturas, easque infructuosas nos perventuros. Quanto autem studio ac labore ad idem Palmyrene descriptum primum anaglypticum marmor Capitolinum, de quo nunc egimus, interpretandum, ab Cl.Georgio demum explanatum, se se contulissent viri & doctrina conspicui & Orientalium linguarum scientia insignes, quantoque, sed plane irrito conatu id egissent, non est hujus loci dicere. Illud namque doctus Georgius exposuit *Epistolae* suae pag.4. seqq., multoque antehac declararat Barthelemyus ipse Tom.XXVI. supra cit. pag. 577. — 581. & in ead. exercitatione Italice edita inter Dissertationes Academiae Cortonensis Tom. VII.; quo praeeunte docto viro in Novis Actis Eruditorum Lipsiae editis, mens.Octobr. an.1757., ubi ejusdem Barthelemyi exercitatio recensetur *De Alphabeto & Lingua,Palmyrae olim usurpata* pag.623. —

Digitized by Google

atque turbulentissima ferant tempora, cum periculum facio; sic esse me comparatum animo,

---

630., nihil eorum praetermissum legi pag.624.& seq., quae ad istud disquisitionis genus spectarent. Quare non est quod heic indicem quae ea de re affert Cl. Bonifac. Finetti noster, *Trattato della lingua Ebraica, e sue affini*, sect.x.pag.258. not.

At quamvis Cl. Georgii Palmyrena interpretatio nullum plane lectioni τῦ ירחי &c. ab Barthelemyo & Swintono productae locum relinquere videatur; est nihilosecius mihi in promptu altera bilinguis Palmyrena epigraphe ab eodem Cl. Swintono diligenter, ut opinor, descripta, quam mox proferam, unde argumentum, de quo superius pag.177. disputabamus, aliquantum illustrare atque ornare possumus.

An vero inter *Inscriptiones Graecas Palmyrenorum cum scholiis & annotationibus Edwardi Bernardi & Thomae Smith*, Ultrajecti an.1698. in 8vo. editas, vulgata eadem fuerit, quam mox prolaturus sum, epigraphe; quum hanc syllogen in praecipuis Romanis Bibliothecis frustra conquisitam, non viderim, equidem ignoro. In egregio tamen, eoque plane insigni ab Cll. Anglis Dawkinsio, Roberto Wood & Bowerio, inscripto opere: = *Les Ruines de Palmyre, autrement dite Tedmor, au Desert. A Londres* 1753. fol. max., praeter alias & Graecas & Palmyrenas inscriptiones pag. 27. 29. & 30. Tabulis aeri impressis, complexo, bilinguem unam pag. 27. num. 8. & pag.30. num.1. videre est, quam ex Cl. Joan.Swintoni lectione atque Latina explicatione deinceps publici juris fecit alter doctissimus Anglus Cl. Richardus Chandler in *Marmorum Oxoniensium* postrema editione Oxonii 1763. fol. max.

Quae vero temporis aut vetustate, aut injuria, utroque in lapidis inscripto latere paullulum detrita, vel mutila Cl. Swintonus deprehendere sibi visus est,

Digitized by Google

ut, quo magis doctorum virorum exspectationi de me respondere, iisque tum in disserendo,

---

redintegravit quidem, sed uncis includenda sapienter existimavit. Hanc autem ille idem Hebraicis Graecisque hodiernis ab se descriptam litteris, sic legit atque interpretatur bilinguem epigraphen, *Marmor. Oxoniens.* part.II. num.XI. l. 2. pag.9.

PALMYRENA

[מ]ורא לבריך שמ[ה]	*Timor benedicto nomini*
לעלמא יול אור	*in seculum : Jul. Aur.*
[ע]לפונא בר אעילמ[ת]	*Alaphona, filius Aailamiti,*
[זנ]ביעא אקובעי	*Zenobii Acobensis* dedicavit *Mense Tebet*
ב[י]רח שבת	
[בי]ום כ ד	*in Die* 24.
שנת ך מ ד	*Anno* 544.

GRAECA

Δια υψιςῳ και	*Jovi supremo &*
[ε]πηκοῳ Ιου. Αυρ [Α-]	*propitio : Jul. Aur. A-*
ντιπατρος, ο και	*ntipater, qui &*
Αλαφωνας, Αιλ-	*Alaphonas Aail-*
αμειτȣ Ζηνοβι-	*amiti Zenobi-*
ου τȣ Ακοπαου	*i Acopensis filius*
ευξαμενος ανε-	*precatus* [aut voto facto]
θηκεν ετȣς δυφ	*dedicavit an.*544.
Αυδυναιȣ κδ	*Audynaei die* 24.

Quam bilinguem inscriptionem idcirco exprimendam duxi, ut, quae pag. 175. seq. adnotavi, quamvis alioquin satis perspecta essent atque explorata, hoc tamen altero comprobarem exemplo. Accedit & illud, quod ex hac epigraphe atque ex altera, quam Cl. Georgio duce ante produxi, ipsos Palmyrenos dialectum usurpasse, quae a Phoenicia lingua nequa-

tum in scribendo, quam possum citius & pro viribus placere studeo, eo minus mihi ipse re

---

quam abluderet, palam appareat. Enim vero nihil hac in utraque Palmyrena video epigraphe, quod ad Hebraeo-Syro-Chaldaeam dialectum non accommodetur. Quia vero illa aetate, ut mox ostensurus sum, qua postrema haec posita fuit epigraphe, Palmyreni a Romanis plane subacti fuerant; quid mirum, si non Syro-Macedonum modo, sed & Romanorum mores aemulati, praeter gentis suae propria, quibus vocarentur, nomina, appellationibus quoque & Graecis & Latinis uti consuessent? quemadmodum ipsa Palmyreno-Graeca demonstrat inscriptio.

Atque ad anni 544. notam, qua ipsa obsignatur epigraphe, quod attinet, hanc a Seleucidarum aera, quae ab Alexandri Magni excessu anno XII., ante Christi natalem 312., U.C. 442., unanimi Chronologorum doctissimorum consensione exordium sumsit, & quidem autumnali tempore, esse repetendam, manifestum plane est. Quam sane notam in Christi annum 233. incidere, diem vero 24. mensis Syro-Judaici *Tebet*, *Audynaei* Syro-Macedonici, in epigraphe observatum, cum die 16. Januarii Juliani, si calculum recte subducimus, concurrere deprehendemus.

Caeterum, quo magis in hujus epigraphes Palmyrena verba intueor, eo minus temperare mihi nonnulla, quin de ejus auctore quid ego opiner, quidpiam adnotem. De quo certe auctore, si ex dicendi ratione judicare licet, nihil in hac epigraphe, uti in una, aut altera Palmyrena, quam doctus Chandlerus loc. cit. ex ipsa Cl. Swintoni interpretatione typis vulgavit, deprehenditur, quod hominem Judaismo addictum non sapiat. Quem etenim Deorum gentium vanissimis impiisque implicatum superstitionibus Palmyrae fuisse censemus, qui unquam scripsisset, aut dixisset, *Gratias agere se se* לבריך שמה, *Benedicto*

tamen vera complaceam. Ego vero, quum eo, quem dixi, modo sim comparatus, non repu-

---

nomini ejus, nempe Dei? Sic enim epigraphes Palmyrenae τὸ שם cum suo *suffixo* ה, Chald. שמה, Syr. ܫܡܗ Latine erat convertendum. Quo quidem loquendi genere, cum de uno vero & summo Deo Judaei ipsi sermonem instituunt, suaeque singularis in Deum Optimum Maximum animi observantiae significandae ergo, jam usque a longe multa aetate uni soli utuntur. Quamobrem vero ea religione ducti tam veteres, quam recentes Judaei ita faciant, divinum nomen Τετραγράμματον ne pronunciare quidem ausi, τὸ autem השם, κατ' ἐξοχὴν de Deo ipso saepissime usurpent; praeter ea quae supra, pag. 113. seq. hac de re observavimus, consule Eliam Levitam in suo תשבי, seu Dictionario voce שם. = Joh. Buxtorfii *Lexicon Chald. Talmud.* voce ead. שם, col. 2430. seqq.

Dixi autem *Gratias agere se se*, Cl. Barthelemyum sequutus, qui loco τῦ מורא *Timor*, voce nempe lecta cum ר *Resch*, ut habet Swintonus, τὸ מודא *gratias agit*, legendum cum ד *Daleth*, apposite censuit, & sane ad epigraphes sensum multo magis accommodate. Id enim verborum postulat sententia. Tὸ autem *Benoni*, ut ajunt, מודא, seu *gratias agens*, non participium tantum indicat, sed & praesens Indicativi saepe significare apud Hebraeos, & longe saepius, imo potissimum id valere apud Chaldaeos & Syros eruditi Grammatici animadvertunt; non additoque pronomine notat tertiam ipsam personam. Verbum igitur epigraphes Syro-Chaldaicum מודא, ܡܘܕܐ, per τὸ *gratias agit* rectissime interpretatur. Vide Barthelemyi *Lettre à M. Le Marquis d'Olivieri au sujet de quelques monuments Phéniciens*, pag. 26.

Contra vero ea, quae de hac ipsa Palmyrena epigraphe, purum putum Judaismum, ut opinor, redolente, posui; haud scio, an futuri sint qui Graecam

gnabo equidem, quin suo quisque judicio utatur. Interim sequar, quo me vocat institutum,

---

mihi opponant inscriptionem. Enim vero inquient, quid in *τῷ Διῒ ὑψίστῳ Jovi altissimo*, sive *supremo*, videre est, quod formulam non prae se ferat profanis id genus inscriptis monumentis saepissime obviam? Sit ita. Quamquam, quo minus illud ipsum Τὸ Διῒ de uno & vero summo numine in epigraphe etiam interpretetur, non intelligo quod impediat. Quid enim ab ultimis temporibus τὸ Ζεὺς Graecis ipsis erat, nisi qui Hebraeis ipse ille יהוה JEHOVA, quem Latini quoque JOVIS nomine appellarunt? Qua de re, ne nimio plus quam velim, longum faciam, adi sis Edmundi Dickinsoni *Delphos Phoenicizantes* cap. IX., Thom. Crenii *Opusculor. quae ad Histor. ac Philolog. sacram spectant*, Fascicul.I. pag.83.

Verum haec quasi obiter, illustrandae majorem quidem in modum insignis Melitensis epigraphes gratia, de Palmyrenis inscriptis monumentis dicta sint. Unde aliquis fortasse novum sumet argumentum, quo in nobilissima olim per Orientem urbe Palmyra perplures exstitisse, qui mores & instituta imitarentur Judaeorum, magis magisque contendat. Idque maxime accidisse existimet, tum ipsius quidem Odenathi regis, tum etiam celebratissimae ejus uxoris reginae Zenobiae singulari exemplo, quos ab impietate gentium ad Judaeorum mores traductos fuisse, viri magnis in litteras meritis memoriae commendarunt. In hanc enim sententiam scripsisse & S. Athanasium, *Histor. Arianorum ad Monachos*, Operum edit. Bern. de Montfaucon Tom.1.num.71. pag.386., & Photium in *Μυριοβίβλῳ*, sive *Bibliotheca* &c. Cod. CCLXVI., utriusque edition. Graeco-Latinae & Genevens.1612. & Rothomagens. 1653. pag.1470., nemo est eruditorum, qui nesciat. Quamquam doctissimos auctores *Des Ruines de Palmyre* pag.8. nihil minus quam eidem

nihil eorum, quantum quidem in me erit, & studiis nostris consequi potero, praetermittens,

---

favisse sententiae intelligo. Interim Palmyrenarum rerum studiosis non ingratum fore existimo, si consulatur quod Abraham Sellerus de eodem argumento litteris tradidit in libro anglice edito atque inscripto: = *The Antiquities of Palmyra*, &c. i. e. *Antiquitates Palmyrenae, urbis illius eiusque Imperatorum historiam, ab ea condita usque ad nostram aetatem complexae. Accedit Criticarum observationum Appendix de nominibus, de religione & forma regiminis Palmyrenae regionis. Necnon Commentarius ad Inscriptioaes nuper ibi repertas*. Londini 1696. in 8vo. cap.VI. pag.19. In quo docto opere non illud tacendum, quod de idololatricis Palmyrenorum superstitionibus ibid. tradit, *Appendic.* cap. IV. pag.241. seqq. Sicuti enim omnis idololatriae primas origines a Solis & Lunae cultu repetendas esse persuasum habet, ita Syros & inter eos, Palmyrenos, duos illos mundi oculos praecipuo honore coluisse, atque ad Solem & Lunam pleraque idolorum ab iisdem cultorum nomina, in sacris litteris memorata, ut *Baal*, *Molochus*, *Chiun*, *Nergal* &c. esse referenda, Sellerus arbitratur. *Actor. eruditor. Lipsiensium Supplement.* Tom. III. sect.III. an.1702. pag. 98. At haec de Palmyrenorum pseudonuminibus a Sellero observata, non idcirco ab se adducuntur, quin Zenobiam Judaeorum mores secutam fuisse admittat. Quam in rem confer quoque Clarissimum virum Τὸν μακαρίτην Thom. Mariam Mamachium, *Originum & Antiquitt. Christianar.* Tom.II. lib.II. cap.II. §.II. pag.83. not. = Cl. ipsum Georgium loc. ant cit. pag.27., Commentar. pag.131., & quem de eodem argumento tractantem indicat, Christoph. Cellarium, Dissertat. *De Imperio Palmyreno* §. 26.

Atque Palmyrenarum quoque, quas protulimus, inscriptionum usu ac praesidio, etsi earum nulla,

quibus argumentum ornari atque illustrari putem. Sed quid ego his immoror? Perinde quasi

hactenus cognita, ad usque priora ne minimum quidem exordia aerae ascendit Christianorum; iam exposuimus, & fortasse plus quam satis, quae de varia Melitensis Phoenicio-Graecae epigraphes Auctorum appellatione a nobis dicenda erant. Attamen illud etiam adjungere non prorsus abs re esse arbitror, quod monumenti ipsius aetati aliquam afferre lucem posse videatur.

Ut autem rem quasi ab ultimo repetamus initio, Melitam insulam, quam Phaeacum antiquissimam sedem ferunt, ut praeeuntibus aliquot vetustis auctoribus pugnat Philippus Cluverius, *Siciliae Antiquae* libr.II. cap. XVI, pag. 427. seqq., iisdem tamen Phaeacibus pulsis, ab omni ferme antiquitatis memoria & Phoenices eam maxime frequentasse ostensum jam superius est pag. 94. seq. A Graecis quoque post Trojanum excidium occupatam fuisse, sed Phoenicibus ex insula tunc quasi plane deturbatis, Carthaginiensibus vero, consanguineis suis, opem dein ferentibus, Graecos ipsos ab insula vel fere dejectos, vel in eam demum ita receptos, ut communi consensione una habitarent; ex veterum scriptorum tum ab eodem Cluverio loc. cit. pag.430. seqq., tum ab Commendatore Abela, *Melitae illustratae* lib. II. Not.II. - v. in Petr. Burmanni *Thesauro Antiquitt. Histor.Italiae* &c. Vol. XV. col. 127. seqq. productis testimoniis colligere mihi videor.

Ac res quidem ita se jam inde a multa aetate Phoenices inter & Graecos Melitenses habuerant. Longo etiam post tempore, prius vero quam Punicum primum exardesceret bellum, Urbis conditae anno 489. ante Christi natalem 263., coeptum, quamvis uni Carthaginiensium & Graeci & Phoenices Melitenses parerent imperio; quin tamen suo quisque sponte uteren-

suscepisse eo loci hoc videar, ut si qui sunt, qui & quandam tarditatem in scribendo meam ali-

---

tur idiomate, illudque in publicis usurpare monumentis consuessent, vix dubitare, negare autem ne vix quidem existimo posse. Cuius sane rei testes sunt locupletes non numismata solum, nonnulla vetustae certe aetatis, Graecis signata vocibus ΜΕΛΙΤΑΣ & ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ, ab antiquariis edita, sed etiam, quod multo plus est, ejusdem rei amplam fidem faciunt illi ipsi vetustissimi lapides litteris descripti Phoenicio-Punicis, atque in insula passim obvii, uti supra pag. 96. observabamus, & Cl. Thom. Fazellus noster *De Rebus Siculis*, Decad.I. lib.1. cap.1. *Thesaur.Antiq. Italiae* &c., ante indicat. Vol. III. col. 10., testatum reliquit. Quodque, ut alios doctos viros tacitus praeteream, eruditus Melitensis ipse Mich. Anton. Vassallius, *Praefat.Histor.*in suum *Mylsen Phoenico-Punicum*, Romae 1791. in 8vo.vulgatum,praeclare confirmavit pag.38. 42., sepulcralis praesertim monumenti ope, Melitae anno 1761. effossi, quod aetatem longe remotissimam obtineret. Est autem, judice ipso Vassallio, epigraphe Filio Batti Regis posita. At enim inscriptionis quatuor brevioribus comprehensae versiculis, postrema verba, ab Vassalio litteris descripta Phoenicio-Punicis, sic esse legenda ille idem retur, ut hodiernis nostris respondeant Hebraeo-Chaldaicis, scilicet : = על בן בט מלך, *Aál Bén Báth Meléch*, i. e. eodem interprete, PRO FILIO BATTI REGIS. Cui sane interpretationi non habeo nunc quod opponam. Hoc unum interim vellem, ut de vera vocabuli *Báth* litterae ט *Teth*, in monumentis Phoenicio-Punicis raro admodum obviae, potestate, eaque ab erudito Vassallio ipsi tributa, nobis bene constaret. Quae nihilosecius lectio, quam lubens amplecterer, si demum consistat, (quod in epigraphe integra aliquando ab se producenda explicandaque, uti ipse spem no-

quanto durius accipiant, & in disserendo rationem minus probent, quam hucusque tenendam

---

bis facit pag.42., certe ostendet,) illum BATHŌM, seu BATTUM ex ea erueremus, quem in Melita insula rerum potitum olim fuisse Ovidius, *Fastorum* libr. III. vers. 567. seqq. memoriae prodidit. Atque de vetusto hoc monumento, cujus Cll. viri Barthelemyus, Swintonus & Princeps de Torremozza Lancillottus-Castellus meminere, pro loci oportunitate verba faciemus. Quare ad id, quod instat, properemus.

An vero ex hisce Melitensibus a nobis universim consideratis rebus, in bilinguis nostri nempe Graece & Phoenicio-Punice inscripti monumenti aetatem quidquam redundet luminis, postulat nunc ratio, ut breviter edisseram.

Et profecto, jam illud constat, Melitenses ab ultimis propemodum temporibus diuque, non Phoenicio-Punicum modo, sed & Graecum in suis etiam publicis monumentis usurpasse sermonem. Quid igitur esset incommodi, si epigraphen in illa referamus tempora, quibus Melitenses Romanorum mores & leges, atque ex parte saltem linguam cum imperio subire coacti, vota praesertim vel publica, vel privata Diis suis patriis nuncupanda hoc & illo idiomate, sicuti mos in insula jamdudum obtinuerat, tam metallis, quam lapidibus inscribere liberrime possent? At enim S. Augustinus *De Civitate Dei* libr. XIX. cap. VII. Oper. Tom. VII. col. 551. edit. Paris. 1685. litteris mandavit, Romanos *data opera* sic fecisse, *ut imperiosa civitas non solum jugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret*. Quamquam hoc sanctissimi Doctoris testimonium non eo protuli, quò ab Romanis, pulsis ex insula Carthaginiensibus, C. Lutatio Cs., anno ante Christum 242. plane occupata, omnis oblitteratus & Graeci & Phoenicio-Punici in ipsa prorsus fuisset usus sermonis.

atque sequendam existimavi; iis ipsis de hac, vel illa culpa, utcumque ea tandem est, nunc

Quin vero devictis etiam Melitensibus, utriusque linguae apud insulae incolas apertissima diu longoque post tempore remanserint vestigia, numquam mihi venit in mentem, ut dubitarem. Eoque magis de Phoenicio-Punica praesertim dialecto illud asserendum reor, quod nostra quoque aetate Melitensium linguam perplura immo & prope infinita, quantumvis vitiata, vetusti tamen sermonis retinere vocabula, doctissimi viri suis lucubrationibus ostenderunt. Qua de re conferendum Henrici Maii *Specimen linguae Punicae in hodierna Melitensium superstitis*; extremo Vol. XV. *Thesaur. Antiquitt. Histor. Italiae* &c. Petr. Burmanni insertum. = Vide *Histoire universelle ... traduite de l'Anglois d'une société de gens de lettres*; edit. Amstelod. 1750. Tom. XI. lib. III. XXXVII. sect. III. pag. 648. seq. Mitto quae Cl. Joan. Petr. Francisc. Agius de Soldanis in suo *Annone Cartaginese, cioè, vera spiegazione della I. scena dell'Atto V. della Commedia di M. A. Plauto in Poenulo, fatta colla lingua moderna Maltese, o sia l'antica Cartaginese*; Romae 1757., tum quae ipse Vassalius ante laudatus, loc. cit. *Praefat.* pag. 36. seqq., hanc in eamdem rem observavit. Cui quidem erudito viro persuasum prorsus est, hodiernae Melitensis linguae ope atque praesidio optime commentari ac interpretari quotquot aetatem tulerint, Phoeniciae ac Punicae inscriptiones posse. Utinam vero Cl. Melitensis hanc suam aliquando comprobaret sententiam eorumdem illustratione monumentorum. Quod si illud unquam faciat, atque, ut est ingenio praeditus & patriae gloriae cupiditate flagrans, de eo id speramus; haud exiguam sese ab Phoeniciae litteraturae studiosis gratiam initurum, ipsi promitto ac confirmo.

Sed ad Augustini de Romanis non minus in imperii propagandis finibus, quam in sua laxanda lingua, ma-

purgaturus sim. Cui sane rei ut consulerem, iam satis in Prologo dixi. Neque tamen huc ego

gis ac magis sollicitis; testimonium redeo. Quod idcirco exprimendum duxi, ut Melitense inscriptum monumentum extremo ipso primo Punico bello, Romanorum scilicet in insulam adventu, longe anterius fuisse, argumento commonstrarem, quod quidem ad similitudinem veri quam proxime accedere videretur.

Et quidem Melitense monumentum si ipsa, quam posui, tempestate inferius judicamus, aetate scilicet, qua Romani Melitam jam tenuere, ejusdem nostrae bilinguis epigraphes Auctores non unis solis sese & Graecis & Orientalibus suis appellassent nominibus; sed, quemadmodum in Palmyrenis vidimus inscriptionibus, unum aut alterum praenomen insuper usurpassent, quo victoris populi & moribus & institutis, caeterorum populorum, quos Romani subegerant, exemplo, quidquam saltem indulgere viderentur. Quum autem nihil prorsus in utraque epigraphe deprehendatur & Graeca & Phoenicia, quod ejus Auctores in suis nominibus Romanorum instituta unquam fuerint aemulati, secus atque rarissimum bilingue Melitense numisma & Graece & Latine inscriptum, a Pellerinio, *Recueil de Médailles de Peuples & de Villes*; Tom. III. Tabul. CIV. num. 3. pag. 85. productum, manifeste ostendit; quo minus ab ea, quam constitui, vetustate ipsum monumentum nostrum retrahatur, ut ad multo inferiorem remitti aetatem oporteat, non bene video quid obstet.

Atque hoc rursum dico: bilinguem Melitensem epigraphen, quantumvis nulla nota insignitam chronologica, & dialecti Phoeniciae & cumprimis characterum, quibus exaratur, Graecorum ratione, sic esse comparatum, ut primo Punico bello superiorem, esse statuendam, equidem mihi videre videor & plane conjectura perspici. Atqui dialectus, qua conscri-

eo digressus sum, quo in dubium mihi unquam venerit quod de Phoenicum dialecti, monumen-

---

bitur, quam tersa sit & Hebraicae analogiae accommodata, uno, aut altero summum dempto vocabulo, nempe צרא,לארנן & עבדן, vel עבדנא, ad Syro-Chaldaicam formam inflexo, ex illis, quae superius pag. 165. 171. seq. observata sunt, luculenter apparet. Quod sane, opinor, indicio esse potest, monumentum, Herculi numini dicatum Tyrio, illa insculptum fuisse tempestate, qua Phoenices Tyrii cum Melitensibus & consanguinitatis & commercii arctissimo juncti vinculo, sui juris adhuc essent ac mancipii. Quod quidem Alexandri Magni multum antevertit aetatem.

De characterum vero Graecorum forma atque ductu quid dicemus? nisi in his & illis, quantum Palaeographiae Graecae canones nos edocent, signa comparere concedamus, quae notam haud dubiae prae se ferant bonae antiquitatis. Illud autem, idque satis apposite, a cl. Barthelemyo, *Lettre à M. le Marquis d' Olivieri* pag. 7. animadversum intelligo. Ex qua quidem animadversione, quam Melitensis monumenti ipsa quoque litterarum forma vetusta sit Phoeniciarum, colligere possumus.

Melitensis autem monumenti sic constituta aetate, non est quare Cl. Perezium-Bayerium moremur, loc. cit. *Del Alfabeto y Lengua de los Fenices*. pag. 351., quantacumque, eo judice, bilingui huic epigrammati detur vetustas, aeram tamen antecedere Seleucidarum illius antiquitatem numquam posse scribentem; quodque hoc tuetur argumento: „Pues „ hasta entonces no fue vulgar la Lengua Griega en „ la Fenicia y Syria.„ i. e. *Ad illud usque* (aerae Seleucidarum) *tempus in Phoenice & in Syria, usu vulgari recepta Lingua Graeca non fuit*. Igitur, illo eodem judice, non major Melitensi monumen-

torum eiusdem gentis ope dignoscendae, cum Hebraico & Syro-Chaldaico sermone magna con-

to tribui vetustas debet, quam numis ipsis Tyri utraque inscriptis lingua. Horum namque omnium epocham anno 312. aerae Seleucidarum inferiorem fuisse, nullus est Antiquariorum, qui secus pugnet.

De iisdem bilinguibus Tyriis numis Cl. viro ita statuenti, equidem non repugno. Verumtamen horum numorum ejusdem generis, ac Melitensis monumenti plane diversam esse ac prorsus discrepantem rationem, quam vellem, ut Cl. Perezius-Bayerius attentiori considerasset animo. Ante etenim quam Syro-Macedones rerum in Oriente potirentur, deque Graeca lingua sua, quoquo ubi imperium post obtinuissent, disseminanda cogitarent; jamdudum & a longe multa aetate Melitenses ipsi, utique sui juris, sed Graecis immixti colonis, utraque & Graeca, & Phoenicia utebantur dialecto. Quid igitur mirari subit, quod id aetatis & multo ante Syro-Macedonum imperium Melitenses Herculi suo numini Tyrio, Phoenicio-Graece inscriptum Monumentum posuissent? Tyrii vero tunc temporis, quippe Syro-Macedonum jugum nondum experti, si numos unquam percusserint; non alia profecto, eaque una Phoenicia, quam instituto patrio jam inde ab vetustissima aetate usurpabant, dialecto eosdem emissos fuisse arbitror tenendum.

Quod autem multo post id temporis, Phoenices praesertim & Tyri & Sidonis, Alexandri Magni armis subacti, mores ad instituta Graecorum componere non dedignati fuissent, atque eorumdem partim saltem suscepissent linguam; historica apertissime testantur monumenta. Quin immo, quod uno sermone Tyrii & Sidonii suos potissimum numos saepe signassent Graecorum; quae Vaillantius, quae Froelichius, quae

iunctione adtulerim. Hoc vero eiusmodi est, de quo mihi quidem dubitare non licet. Stabit profecto huic ipsi eidem prope intimo vinculo sua auctoritas. His accedet summa id genus aut lapidum, aut metallorum summa consensio; in quibus illustrandis, si modo is ego sum, qui tantum praestare possim, eiusdem dialecti natura atque ratio magis magisque illucescet. Unde illud hac in litteratura, quantumvis, ut saepe numero dixi, implexa atque obscura, demum assequemur, quo nihil supra desiderari posse videatur.

Pellerinius aliique Antiquarii multi id genus inscripta protulere, metalla planissime evincunt.

At haec, quae sane verissima sunt, quid tamen commune habent cum ipso Melitensi nostro, longe ante eandem aetatem inscripto monumento, in ipsa autem ejusdem nominis insula Herculi numini erecto Tyriorum? & quidem multo prius Graeca signato epigraphe, quam & in Phoenice & in Syria usus aliquis obtinuisset sermonis Graeci.

Stet igitur, quantum coniectura ad similitudinem propius accedente veri illud assequi possumus, quam initio proposui ea ipsa de bilingui Melitensi inscriptione a nobis epocha constituta.

Alia nonnulla in promptu essent producenda id genus monumenta, quae ad ea, quae de Phoeniciae dialecti ratione hactenus disputavimus comprobanda vel maxime conferrent. Verum haec alias. Ergo, ut extremum aliquid habeat ista nimium quantum longa adnotatio nostra, eam demum heic concludamus oportet.

Haec porro de Phoeniciae dialecti natura atque indole hactenus a me disputata, si Cl. Josephus Eckhel secum ipse reputet, considerate diligenterque animadvertat; quid ego ab viro optimo, qui in hoc litteraturae genere *quae tenenda videantur, aut reprobanda, aut in incertis putanda, nullo partium studio, solo adductus veri amore dijudicare* (1) aggressus est, non impetrabo?

Et quoniam haec ipsa, quae toto hoc sexto comprehendi paragrapho, a me eo consilio atque hac mente dicta sunt, non uti quicquam de Cl. viri laudibus & magnis in rem antiquariam meritis detraheretur, verum omnino uti uni veritati ipse quoque litarem; spero fore, ut bono libentique animo me de ista quaestione disserentem audiat. Tibi vero, amplissime Cardinalis Borgia, qui hoc genere litterarum delectare, quem profecto judicem in re mea numquam recusabo, habebo equidem majorem etiam gratiam, si modo a Te obtinere potuero, ut quae de hoc argumento jam ipse declaravi & confirmare adhuc pergam, tuo comprobes suffragio. Tantum apud me tua valet auctoritas.

Quod vero superest argumento nostro aliquid aspersurum luminis, quodque non praetermittendum superius promisi, ad sequentem remittamus paragraphum.

(1) Idem, loco superius indicato *De Numis lingua Phoenicia inscriptis Prolegomen*. pag. 390.

§. VII.

Quae ad Phoeniciae dialecti naturam atque indolem magis ac magis explorandam adjumento esse nobis possint.

At quid illud quoque tandem sit, quod de Syrorum atque Chaldaeorum sermone, cui Phoeniciam linguam interdum immisceri, jam posui, videamus. At enim, ubi hujusce linguae natura est exploranda atque indoles, nisi cum Hebraeis, cum Syris aliquando & Chaldaeis, etiam congrediamur, horumque varios dicendi modos ante perpendamus; tanquam unus de re prorsus sibi ignota disputans judicabimur. Nihil idcirco eorum omittendum, quae ad eandem Phoenicum facilius dignoscendam linguam adjumento nobis sint futura. Neque vereor, ne nimio plus dicam, quoties reputo, quantum utriusque dialecti & Syrorum & Chaldaeorum usu atque praesidio accedat luminis, quò Phoenicii idiomatis ingenium ac proprietatem, quantulaecumque sunt hàc atque illac dispersae ejus reliquiae, aliqua saltem ratione animo comprehendamus. Quod quoniam argumenti genus, Stephane Borgia Cardinalis praestantissime, ab hoc, quod proposuimus, nequaquam abhorret, est quoque exponendum.

Digitized by Google

Sed vero ecquid aliud est ille Syriacus sermo, nisi quasi stirps vetustissimi Aramaei (1),

(1) Cujus Aramaei sermonis, eo nomine ab Aram ארם, Semi filio, Genes. X. 22. sic dicti, antiquissimum, licet plus justo exiguum, habemus fragmentum, ibid. xxxi. 47., eo que loci, quod ab Labano Aramaeo sermone dicitur יגר סהדותא, id est, *Tumulus testimonii*, de lapidum acervo in foederis signum erecto, Jacob illud idem גלעד Hebraice effert. Quae loquendi ratio non Targumistis solum in usu multo, sed in Syrorum quoque sermone versatur; uti ex sacrae scripturae Syriacae interpretationis locis, in Edmundi Castelli Heptaglotto excussis, pluribus patet.

Diversitas autem si qua exstitit in utriusque vocis proferendae describendaeque ratione, praesertim apud Syros, est sane levissima. De qua confer ejusd. Castelli *Lexicon* indicat. col. 1592. & 2478. = Caroli Schaaf *Lexicon Syriac.* pag. 373. = Joh. Buxtorfii Patris *Lexicon Chald. Talmud. & Rabbin.*, & caeteros.

Atque priorem dictionem יגר *Jeghar*, cum prothesi ܐ *Olaph*, ex more gentis ܐܝܓܪܐ *Jaghro*, iidem Syri proferunt. Alteram vero vocem סהדותא, addito quandoque articulo ܕ *Dolath*, genitivi casus nota, nempe ܕܣܗܕܘܬܐ *Desahduto* pronunciant, sed litterarum ejusdem organi, scilicet τοῦ ש in τὸ ܣ mutatione inducta. Idque a Syris factum arbitror, propterea quod littera ש, Hebraeorum *Puncto* ad sinistram notata, carent ipsi Syri, ejusque loco τὸ ܣ *Semcath* usurpant. Quod etiam Paraphrastae Chaldaei imitantur in verbo סהדותא *Sahaduta*, & quidem vocis ipsius genuina pronunciatione servata; ut quae ad veterem Chaldaeorum legendi proferendique modum magis accommodetur. A simili quoque vocem efferendi ratione non abhorrent Syri Orientales & Nestoriani, *Punctum* suum *Vocale* ܙܩܦܐ *Zekopho*, i. e. *erectio* (quod Syris occidentalibus Maro-

quique, si quicquam in hisce studiis intelligo, neque alius ipse ille videtur, quam Hebraicae lin-

---

nitis atque Jacobitis est O, sive *Zekopho*) proferentes ut τὸ *A*, quemadmodum a Cl. viro Josepho Simonio Assemano, *Bibliothec. Oriental. Clement. Vatican.* Tom. III. part. II. pag. CCCLXXIX. & a Johan. Davide Michaelis, ut alios omittam, *Grammaticae* suae *Syrae* edit. Halae 1784. cap. I. §. VIII. pag. 27. seq. not. est animadversum.

At haec quamvis nimis minuta & probe subfrigida videantur, quaeque haud scio, an nonnullis, qui hisce litteris parum fortasse delectentur, sint placitura, eo tamen consilio adnotavi, Geneseosque locum memoratum expressi, ut ex isto fragmento, licet perexiguo, ad veterem Aramaeum aliqua ratione Syriacum referri sermonem posse, qui eo nomine nunc venit, appareret. Quam porro linguam Georg. Mich. Amira, *Grammat. Syriacae, sive Chaldaicae* extremo Praeludio I. *Reformatam* vocat, eam ipsam jam usque a primo & in sequentibus ecclesiae saeculis Syri hactenus usurparunt, tum in Veteris & Novi Testamenti voluminibus convertendis, tum in libris, sed stilo vario dissimilique oratione describendis suis, magno numero indicat & passim recenset idem vir Cl. Assemanus, loc. cit.

Neque a vero me longe abiturum existimo, si Syriasmum veteris Aramaei dialectum alteram pronunciarem, eoque puriorem castigatioremque, quo aliarum exoticarum linguarum commixtione minus inquinata, atque a Syro-Chaldaica, sive Palaestinensi, sive Hierosolymitana magis aliena, ad Chaldaicum autem priscum sermonem Danielis & Esdrae, alteram Aramaeae veteris linguae nobilissimam dialectum, uti sequenti adnotatione exponam, propius accederet.

Nihil dico de iis, quae eruditi viri de Syrorum lingua multis graecis admixta vocabulis adnotarunt, ut Caro-

guae, priscaeque Chaldaicae, sive Babylonicae, (quae & germana Arameae veteris & Hebraicae altera proles) consociatio quaedam atque concretio. Syriaca tamen lingua, sicut Chaldaicus sermo, ipsa quoque suis est discreta dialectis (1)

lus Schaaf, *Praefat. in Lexic.Syriac.* (**) = Michaelis, loc. ante cit. cap. VIII. pag. 146. seq. = Cl. Joan. Bernard.De-Rossi, *Della lingua propria di Cristo*, dissert.I. §. XXVIII. XXIX. & seq. pag. 49. seqq. = Eruditissim.August. Anton. Georgius *De Inscriptionibus Palmyrenis*, pag.31.seqq.= Jacob Georg. Christian. Adlerus, *Observation. in novi Testamenti versiones, simplicem Philoxenianam & Hierosolymitanam* lib.III.p.141.,& praeterea alii plures. Qui vero utrumque sermonem & Syrum & Chaldaicum in Danielis & Esdrae,quae exstant, capitibus, inter se contulerit, hanc consociationem & veluti concretionem, quam superius dicebam, facile animadvertet. Ego certe tantam inter utrumque invenio affinitatem, ut qui Chaldaico jam bene imbutus sermone sit, ad Syriacum facili negotio deveniat. Quod profecto neminem futurum puto, qui in quaestionem revocet. Legantur idcirco hanc in rem eruditae lucubrationes Joh. Wilhelm. Hilligeri, Joh. Leusden, Valentin. Schindleri, Briani Walton, Joh. Hottingeri, Georg. Michael. Amyrae, Ludovici De-Dieu, Caroli Schaaf, Bonavent. Cornel. Bertramml, Edm. Castelli, Jo.David. Michaelis caeterorumque multorum. Conferenda, quae sequitur, adnotatio.

(1) Quum Syriacus praesertim sermo variis jam inde a multa aetate dialectis, distinctus ad Phoenicia illa verba, quae ab Hebraismi analogia aliquantum desciscant, haud parum conferat interpretanda, eaque Chaldaismi etiam praesidio illustrari posse intelligam; ut quae de utroque sermone & Syriaco & Chaldaico ab aliquibus, etsi doctissimis hominibus, ἀμφιβόλως, ut

Chaldaici vero prisci sermonis nomine eum indicari censeo,quo, ut eruditi essent pueri Hebraeo-

---

ita dicam , sive ambigue & obscure tradita sint litteris, distinctius explicemus, ad ista, quae sequuntur, adnotanda devenimus.

Atque apud hos ipsos scriptores sic reperio, ut nullo fere discrimine & Syriasmum & Chaldaismum unum eumdemque sermonem habere videantur; quamquam non pauca in utriusque linguae ratione esse, quibus inter se differunt, non est quare dubitemus. Quantacumque igitur sit illa, de qua ante admonebam, Syriaci sermonis atque Chaldaici consociatio & similitudo, ut vix alium esse ab altero ac ne vix quidem natura & indole, sive, uti Graeci loquuntur, *ὀυσιωδῶς substantialiter*,diversum appareat; attamen non sunt adeo consimiles, ut aliqua internosci nequeant diversitate. Utrique etenim linguae non una est eademque facies, non eadem lineamenta, neque iidem colores; tametsi multo adfinibus vinculis tamquam sorores inter se conjunctissimae sint. Ipsis namque illud accommodare optime possumus, quod Poeta canit: =

—— Facies non omnibus una,
Nec diversa tamen,qualem decet esse sororem.

Sed quoniam ex uno eodemque fonte, illo videlicet vetustissimo Aramaeo sermone, cujus mentionem superius injeci, Syri & Chaldaei multa acceperunt; iccirco Aramaeae linguae nomine utrumque eorum sermonem appellare, plures scriptores consueverunt. Cujus sane appellationis quum late pateat ratio,sic eam explicandam plerique Philologorum censent, ut tribus dialectorum generibus veterem Aramaeum sermonem circumscribi velint. Quamobrem priorem hujus dialectum nominant *Babylonicam*, sive Chaldaicam, quemadmodum in Danielis & Esdrae sacrorum voluminum aliquot capitibus oratione purissima fluit, haud paullo quidem minus puriori, licet plus minusve, in

Digitized by Google

rum nonnulli, jussit Nabuchodonosor, Babylonis rex, uti auctor est sacer Scriptor Daniel pri-

---

Chaldaicis, quas vocant Paraphrasibus, uti Onkelosi in pentateuchum & Jonathanis, seu Uzielis in Prophetas, tam Priores quam Posteriores praeter Danielem; at his multo impuriore in illa Talmudis Babylonici parte, גמרא *Gemara* dicta;estque *complementum*, sive satis ampla expositio eorum, quae in משנה *Mischna*, seu *δευτέρωσι* obscurius traduntur. Haec vero ad Hebraeorum dicendi genus purum, sed pressum & concisum, atque ad Chaldaismum minus corruptum propius accedere, quis in hisce exercitatus literis nesciat? De quo corpore Talmudico & altero Hierosolymitano post Buxtorfium & Bartoloccium in primis, multa disputat Io. Christoph. Wolfius in *Bibliotheca Hebr.* vol. II. seu part.II. lib.IV. cap.I. seqq. pag.658. seqq. & vol.IV. lib.IV. cap.I. pag. 320. seqq. Vid. quae ego ipse de eodem disputavi in eo, quem Gallice inscripsi, libro: = *Des Titres Primitifs de la Révélation*, Tom.II. pag.227. seqq. not.

Alteram dialectum appellant Syrorum linguam proprie dictam, quam cum in sacris, tum suis in libris Syri ipsi utuntur; quae tamen, quod paullo post ostendemus, variis etiam distinguitur dialectis. Tertiam denique Aramaeae linguae volunt esse *Hierosolymitanam*,quae Syro-Chaldaici sermonis nomine communiter venit, ut in Talmudis Hierosolymitani altera praesertim comparet *Gemara*, pro Judaeis terram Israelis & Hierosolymam inhabitantibus confecta, sed ipsâ Babylonicâ in eorumdem gratiam conscriptâ, qui in Babylonia sedes suas habebant, minus plena & paullo recentioris aetatis, quaeque ad Mischnam etiam illustrandam tota spectat. Haec autem haud paucis immixta est peregrinis vocabulis ac plane barbaris, sicuti videre etiam est in Targum Hierosolymitano super Pentateuchum & in altera pseudo-Jonathanis Paraphrasi in eundem Moysis librum.

Digitized by Google

mo oraculorum suorum capite v.4. Atque hujusce sermonis egregia quoque exhibentur fragmen-

Ac plena est vocabulorum hujusce dialecti, nempe Hierosolymitanae, Syriaca ipsa illa, Cl.Adlero judice, versio insignis apographi doctis viris diu incogniti, cui in toto terrarum orbe fortasse non est simile, quod in Vaticana adservatur Bibliotheca. Eximium codicem antiquum in 4to. membraneum, anno Christi 1030. exaratum, pericopas ex Evangelio desumptas in primis complectentem diligenter & operose descripserunt Bibliothecae ejusdem Codd. MSS. Catalogi Cll. editores, Stephanus Evodius & Josephus Simonius Assemanii, Tom. II. pag. 70 — 102; quam quidem versionem esse dialecto Palaestinensi conscriptam, eamque litteris palaestinis exaratam, illi ipsi judicant pag. 70., ejusdemque specimen ex capite primo Evangelii sancti Johannis, pag. 71. seq., cum versionibus *Simplici* Syriaca & Heracleensi collatum atque Latina interpretatione illustratum ibid. protulerunt. Quod praestantissimum apographum postea multa eruditione, nec minori diligentia & cura fuse recensuit doctus Danus Hafniensis in volumine, cui inscriptio est: = *Novi Testamenti versiones Syriacae* SIMPLEX, PHILOXENIANA & HIEROSOLYMITANA, *denuo examinatae & ad fidem Codicum manu scriptorum Bibliothecae Vaticanae, Angelicae, Assemanianae, Regiae, Medicae, aliarumque, novis observationibus atque Tabulis aere incisis illustratae a Jacobo Georg. Christiano Adler, in Universit. Hafniensi Theol. profess. &c. Hafniae* 1789. *in* 4to. pagg. 206. Cujus quidem eruditi operis exemplar, singulari Eminentissimi Cardinalis Borgia, qua est, humanitate ad me transmissum, Cl. Auctoris dono & amicitiae tribuo. Dignum sane quod conferatur opus doctrinis multis ad Syrorum versiones simplicem & Philoxenianam spectantibus, refertum; & in primis totus liber legatur tertius, quo de hujus versionis ad

ta & bene longa, ipsius Danielis capite II. commat.4.ad caput VII.totum; Esdrae cap.IV. vers.8.

Chaldaicam dialectum, sed quae in Hierosolymitana praecipue usurpatur, Cl. Auctoris sententia, proxime accedentis vera indole judicium faciamus. Versionem autem e Graeco fonte manasse Auctor statuit; Quod caeteris Syrorum commune est versionibus. Hanc vero intra saeculum IV. & VI. Hierosolymis editam fuisse eidem videtur. Sed haec & alia perplura ab Cl. viro Adlero bene pertractata, longiori oratione persequi quum ad institutum nostrum non omnino pertineat, relinquimus recensenda.

Ac redeamus illuc, undé divertimus. Sunt etiam, qui quartam Aramaeáe linguae ponant dialectum, qua versio Pentateuchi conscripta est Samaritanorum. Rectene, an secus; aliorum esto judicium. Utcumque vero ea se res habet, hujus dialecti ratio ex Johannis Morini *Opusculis Samariticis*, Christophori Cellarii *Horis Samaritanis*, Edmundi Castelli *Lexico Heptaglotto* potissimum intelligi potest. Illud porro, sicuti in libro *Des Titres Primitifs de la Révélation* Tom. II. pag. 349. seq. not. animadverti, extra omne dubium mihi esse ponendum existimo, ejusmodi versionem Samariticam sic comparatam esse, ut Hebraicum suum contextum non modo semper de verbo ad verbum, contra ac Cl.viro Du Contant de la Molette visum minus recte est,non referat;sed & ipsa plures habeat ab Hebraeo revera deflectentes lectiones. Quod quidem multis heic demonstrare exemplis possem. Sed istud argumentum alterius est loci, atque in illa attingetur dissertatione, quae erit *De Origenis & S.Hieronymi Hebraeo-Samaritica eruditione*, huic autem nostrae subjungenda commentationi; si modo rerum in ea tractandarum series illud patiatur ac ratio.

Extremum illud est, ut ad ea, quae de Syriaci ipsius sermonis dialectis me dicturum promisi, veniam;

ad capitis VI. vers. 16. ; cap. VII. vers. 12.—26., tum & illud, quod Jeremias cap. X. vers. 11. pau-

Sed rem leviter persequar. Atque ut Syrorum nomen latissime olim patuisse constat, quod in laudata nostra adnotavi Diatriba §.v.pag.87.seorsum edita, ita eorum φωνὴν, sive linguam pluribus communem fuisse populis, tam extra, quam intra Euphraten, tradit Strabo, *Rerum Geograph.* lib.11.pag.139.edit.Amstelod.1707.; Quod testatur quoque Theodoretus, *Quaestion. XIX. in Judices*; Oper. tom. I. edit. Paris. 1642. pag. 218. *Osrhoeni* namque, ait ille, *& Syri & Euphrataei & Palaestini & Phoenices lingua Syrorum loquuntur* = Πολλὴν δὲ ὅμως ἡ διάλεξις ἔχει διαφορὰν, *multam tamen dialectus habet diversitatem*, ex singularum profecto harum gentium varia indole. Sic etiam ipsimet Syri in universum, quamvis unam eandemque loquantur linguam; nihilominus tamen varias dialectos, seu formas quasdam peculiaresque dicendi modos in eorum sermone observant eruditi viri. In tres autem distingui dialectos Syriacam linguam auctor est & testis locupletissimus Cl. Jos. Simon. Assemanus, *Bibliothecae Oriental.* Tom.I. pag.476. Is autem, praeeunte Bar-Hebraeo, sive Abulpharagio, eorum unam dialectum elegantissimam pronunciat *Aramaeam*, *quae est*, inquit ipse, *lingua incolarum Edessae & Haran*, (sive Charrae) *& Syriae* (nimirum Mesopotamiae). *Proxima illi est Palaestina*, *qua utuntur Damasci & Montis Libani & reliquae Syriae interioris incolae*, (seu Syriae proprie dictae.) *At omnium impurissima Chaldaica Nabathea*, *quae est dialectus populi montium Assyriae & pagorum Arach*.

Quod si vero Aramaea lingua, quam sic vocat Abulpharagius, reliquarum, uti ipse existimat, elegantissima est; ab ea utique erit distinguenda dialectus, quae *Comagena* & *Antiochena* dicitur, secus atque statuit Joan. Augustus Dathe, *Praefat.* in *Psalterii Syr.*

cis mandavit litteris, ut alia in Jobi & Proverbiorum libris sacris alibique expressa id genus voca-

ab Thoma Erpenio recensiti & Latine facti, edit. Halae 1768. pag.xxiv.seq., qui utramque confundit, Bar-Hebraeo ipso atque Assemano, ab se haud bene intellectis. Quamquam & illud Cl. Dathio, tum etiam Bonifacio nostro Finetti, *Della lingua Ebrea, e sue affini*, section. iv. pag.65., eadem repetenti, omnino dandum, linguam, quam hodie appellamus Syriacam, quaeque olim *Comagena & Antiochena*, nunc vero *Maronitica* nominatur, sua dicendi ratione & eleganti & concinna maxime fluere. Has autem varias apud Syros Occidentales eorum lingua obtinuit appellationes, propterea quod in Comagena provincia atque in toto Antiocheno tractu aliquando latissime manarit vigueritque, Syris praesertim Maronitis longo usu jam diu recepta fuerit.

Jam vero, his hactenus recensitis Syrorum singulis dialectis, de altera, quae Mendaeorum, seu Sabaeorum est, qui & nomine *Sancti Johannis Discipulorum* gloriantur, est quidquam, sed paucis dicendum. Hujus vero dialecti, quam *Syro-Galilaeam* dicunt, specimina nobis prodidit Cl. Matthias Norberg, eruditus Suecus, in *Commentatione de Religione & Lingua Sabaeorum* pag.22. seqq., quaeque *Commentarior. Histor. Philolog. Societatis regiae Goettingensis* Tom.III. an.1780. inserta legitur. De qua confer Io. David. Michaelis *Grammatic. Syriac.* cap. I. sect. v. pag.17. seqq. Cujus sane praeclarae Commentationis exemplum, Clarissimi Norbergi, Romae cum versaretur, singulari in me humanitate, dono teneo.

Atque haec de Aramaei sermonis & Syriaci dialectis variis, sicuti & principio proposueram, adnotasse satis habui. De quibus consuli possunt Bonaventur. Cornel.Bertrami *Praefat.in Comparationem Grammaticae Hebr. & Aramaeae* pag. 7. seqq. = Eduard.

bula praetermittam. De quibus conferantur in primis quae Ioh. Gottlob Carpzovius de *Chal-*

Pocock. *Adnotatt. in Histor. Arabum* pag. 360. & in *Abulpharagii* extrema *Historia compendiosa Dynastiarum*, Arabice edita ab ipsomet Pocockio, Oxonii 1663. Dynast. I. pag. II. = Briani Walton in Biblia Polyglotta *Prolegomen*. XII. & XIII. = August. Pfeifferi *Critica Sacra* cap. III. quaest. VII. pag. 74. seqq. cap. VIII. pag. 295. seqq. = Richard Simon, *Histoire Critique du Vieux Testament.*, lib. II. cap. XV. XVIII. pag. 277. seq. 297. seq. 301., seq. = Johan. Leusden, *Philolog. Hebr. mixt.* Dissertat. VI. VII. & IX. pag. 49. seq. 56. 74. seq. = Jacob. Le-long, *Bibliothec. Sacr.* part. I. cap. II. Sect. II. & III. pag. 87. seq. 92. seq. = Jo. Christoph. Wolfii *Bibliothec. Ebr.* vol. II. lib. IV. cap. III. §. VII. pag. 894. = Humfred. Prideaux, *Histoire des juifs* Tom. V. part. II. lib. VIII. edit. I. pag. 25. seqq. = Jo. Bernard. De-Rossi, *Della lingua propria di Cristo*, Dissertat. I. §. X. seqq. pag. 16. seqq. = Andr. Gottlieb Masch, *Bibliothec. Sacr.* part. II. vol. I. sect. II. cap. I. pag. 23. seq. & sect. IV. §. II. pag. 54. seq. Et qui ante erant nominandi, Io. Gottlob Carpzovius, *Criticae Sacr.* part. I. cap. V. sect. VIII. §. XII. num. I. part. II. cap. I. §. IV. pag. 276. seqq. 454. seqq. & Albert. Schultens, *Originum Hebr.* lib. I. part. II. cap. I. §. IV. seqq. edit. Lugd. Batav. 1761. pag. 187. seqq.

Alios de hoc argumento enumerare scriptores possem; sed finem faciam indicando = Glocestrii Ridley *De Syriacarum novi foederis Versionum indole atque usu dissertationem*, Sect. III., in extremo Joh. Jacob. Wetstenii *Libello ad crisin atque interpretationem Novi Testam.* Halae Magdeburg. 1766. pag. 259. seqq. De qua eadem re Cl. Ioan. Davidem Michaelis in sua *Syriaca Chrestomathia* Germanice conscripta, egisse, ex suorum operum indice an. 1787. Goettingae edito pag 16. cognosci potest. Conferantur tamen ejusdem

daismo Biblico disputavit, *Criticae Sacrae* part. I. cap. V. sect. VIII. §. XII. num. I. pag. 275. seq. Tacitus quoque praeterirem ipsa Hebraeorum mensium nomina, quibus Iudaeos post servitutem Babylonicam usi sunt, quibusque Chaldaicas imposuisse appellationes, communis eruditorum fert opinio. Quae nihilosecius appellationes an re ipsa Chaldaicae sint, nec ne, intelligo esse doctos viros, qui non solum in quaestionem vocent, sed & ex Hebraico sermone in Chaldaismum manasse arbitrentur. Id autem quum ad institutum minus intersit, satis habebo, si eorumdem mensium nomina in subiecta distincte

---

Curae in Versionem Syriacam Actuum Apostolorum; quas quidem superius pag. 137. not. indicavimus, in quibus vero Cl. Auctor perplura passim attingit ad idem hoc argumentum spectantia. Adde Cl. De-Guignes in suo egregio de linguis Orientalibus commentario, *Mémoire de l'Acad. R. des Inscript.* Tom. XXXVI. pag. 146.

Verum haec hactenus; quae forsitan etsi fuerint non necessaria, erant nihilosecius animadvertenda. Idque propterea faciendum mihi ratus sum, ut argumentum nostrum in majori collocaretur luce. Nam, quaecumque inter has & illas varias utriusque Syrae & Chaldaeae linguae, quas recensui, dialectos diversitas esse videatur; ubique tamen unum & idem regnare ingenium, non deprehendemus modo, sed & illam indolem, quae a Phoenicio-Punico idiomate, cujus naturam investigamus, eo minus abhorreat, quod ejus cum Hebraico, Syriaco & Chaldaico sermone hanc ipsam intimam consociationem, de qua dicebamus, nativis ac propriis magis magisque exprimat coloribus.

exprimam adnotatione (1), unumque aut alterum indicem scriptorem, ex quo quid de hisce appellationibus sentiendum sit, cognoscatur.

---

(1) Quorum mensium primus,quo annum suum *Ecclesiasticum*,seu *Sacrum* auspicabantur Hebraei, appellatur נסן *Nisan*, II. Esdr. I. = Esrher. III. 7., qui idem atque אביב, Exod.XIII. 4. & Martio partim, partim.Aprili nostro respondet. = IIus. איר, *Ijar*, qui & זיו *Ziv.*, III. Reg. VI. I. 37.; Aprili & Majo. = IIIus. סיון *Sivan*, Esther. VIII. 8.; Majo & Junio. IVus. תמוז *Tammuz*; Junio & Julio. = Vus. אב *Abh*, sive *Ab*; Julio & Augusto. = VIus. אלול *Elul.*, II. Esdr. VI.15.; Augusto & Septembri. = VIIus. תשרי *Tischri*, qui & אתנים *Ethanim*, III. Reg. VIII. 2. & a quo anni *Politici*,seu *Civilis* initium ducebant; Septembri & Octobri. = VIIIus. מרחשון *Marhhesvan*, qui & בול *Bul*, I. Reg.VI. 38.; Octobri & Novembri. = IXus. כסלו *Kislev*, seu *Kaslev*, Κασλεῦ, II. Esdr. I. Zachar. VII. I — II. Machab. I. 57.; Novembri & Decembri = Xus. תבת *Tebeth*, Esther. II. 16.; Decembri & Januario. = XIus. שבט *Schebat*, seu *Sabat*, Zachar. I. 7.; Januario & Februario. = XIIus. אדר *Adar*, Esther. III.7.13.;Februario maximam sui partem adaequandus. Ex hisce mensium nominibus, mensem I.II.VII.& VIII. ante Babylonicam servitutem, immo & Moysis ac Salomonis aetate, & fortasse menses alios Hebraicis appellationibus Israeliticae genti non ignotos fuisse, plane intelligitur. Qua de re adeundi Joh. Gottlob Carpzov. *Annotatt.ad libr.*III. cap.I. §.XIII. seq. Thomae Goodwini *Antiquitt. Sacri Codicis & Gentis Hebraeae*, seu *Mosis & Aaron*. pag. mihi, 357— 360. = Adrian. Relandus *Antiquitt.Sacr. Blas. Ugolini Commentar. Philologico illustratae*, part. IV. cap. I. §.XI., ejusd. Ugolin.*Thesaur. Antiq. Sacr.* Vol.II. col.1075.seqq. = Hieremias a Bennettis in *Chronologia & Critica Hist.* &c.

Atque hunc ipsum Chaldaicum fuisse sermonem, qui apud Babylonios Assyriosque, potentissimos populos, olim obtinuerit; qui tamen ex Arameo originem traxisset vetustissimo, cujus adnotatione superiori facta mentio est, vix ullum esse locum existimo, cur sit dubitandum. Neque probare Valentini Ernesti Loescheri (1)

Tom.I. part.1. Prolegomen.II. cap.11. art. 1. pag.330. & seqq. Omitto caeteros; nam nihil est caussae, quare plures eodem de argumento auctores disserentes recenseam.

Dixi autem veteres Hebraeos mensem suum primum *Ecclesiasticum* nempe, seu *Sacrum*, mense NISAN auspicatos fuisse, *Civilem* vero, aut *Politicum* a mense TISCHRI initium ducendum existimasse. Quod quidem, ut breviter eo loci illustrem, verbis ipsis Joan. Drusii utar, qui *Observationum* libr.1. cap.XIII. rem ipsam sic paucis complectitur. *Annum Hebraei duplicem habent; unum, qui a* NISAN *incipit, alterum, qui a* TESHRI: *hunc vulgarem appellant, illum Sacrum. Vulgarem Aegyptii, sacrum Moses instituit. Hujus anni initium est* NISAN, *ut diximus; quo mense Hebraei egressi sunt ex Aegypto. Quocirca Moses eum voluit esse caput mensium. Sacrum autem ideo vocant, quod in sacris, iisque, quae ad rem divinam pertinent, eo utantur. Qua de re locus insignis extat apud Josephum*, ORIGIN. *lib.*I. *cap.* 4. *ad quem si adibis, cognosces ex eo, annum vulgarem in foro semper usitatum fuisse. Quapropter nonnulli annum civilem eum vocant* &c. Quem Drusii locum recitans Carpzovius loc. cit. pag.359. recte animadvertit Judaeos certe ad hunc diem Kalendaria sua a mense Tischri inchoare consuesse.

(1) *De Causis Ebreae linguae* lib.1.cap.IV.§.V. pag.4. seqq.

Digitized by Google

sententiam ullatenus possum, qui veterem Babylonicam, sive Chaldaicam linguam, etsi Aramaea prognatam non negat, nihil tamen ejusdem sermonis, paucissimis exceptis reliquiis superesse affirmat. Nam praeter virorum appellationes, quas sacrae Litterae, Berosi fragmenta, Ptolemaei Canon sistunt, atque exigua quaedam ramenta apud Hesychium, eandem plane evanuisse linguam ille contendit. In hoc idcirco Ernestus peccat, quod a Chaldaico, qui apud Danielem & Esdram legitur, sermone, mirum quantum illam veterem Babylonicam discrepare dixerit.

Quid enim censemus Chaldaicum ipsum sermonem, de quo nunc quaerimus, & cuius fragmenta paullo superius recensita, Daniel & Esdras nobis servarunt; nisi illum eundem veterem Babylonicum, quos longe ante atque eorum aetate & Chaldaei & Babylonici communiter loquerentur? Hanc autem docti Loescheri falsam sane opinandi rationem, quum a Joh. Gottlob Carpzovio (1) merito castigatam intelligam, satis eam fuerit allegasse.

(1) *Criticae Sacrae* part.I. cap. V. sect. VIII. §.XII. num.II. pag.277. seqq. Qui doctus vir ibidem animadvertit, ipsum Loescherum pro certis atque concessis sumere quae evidenti ac solida indigerent demonstratione. Linguam videlicet, quam Nabuchodonosoris & Regum, qui ante eum regnarant, aetate, Chaldaei

Quamquam vel sic tamen arbitror hanc dicam scribi eidem Carpzovio posse, quod in Chal-

usurparunt, a Chaldaica illa, quae apud Danielem & Esdram legitur, mirum quantum discrepare. Neque certum esse, ipsa nomina propria, eaque perpauca, quae fuerit vera linguae indoles atque ratio, omnino indicare. Neque necesse esse, ex ejusdem linguae appellationis vocibus hujuscemodi nomina composita fuisse. Chaldaica autem vocabula, quae libris ante Babylonicam servitutem conscriptis inserta leguntur, proprie Aramaea esse, vel pure talia, vel parumper inflexa pro temporum & locorum ratione. Id vero esse asserendum de ipsa lingua, qua Daniel sermones ac res gestas Regum & Chaldaeorum exposuit, quamque juxta cum caeteris delectis juvenibus a Chaldaeorum magistris edoctus fuit, uti ego ipse superius declaravi pag.206. seqq.

Ex hac autem Carpzovii animadversione aestimare licet cujus momenti sint ac ponderis novae J. Davidis Michaelis conjecturae de propriis iisdem veterum Chaldaeorum Regum nominibus, tum aliis vocabulis in Danielis libro & alibi obviis, quae nescio qua ex barbara Scythica gente cumprimis esse repetenda opinatur, *Spicilegii Geographiae Hebraeorum post Bochartum* part. II. pag. 86. seqq. Perinde atque ejusmodi vocabula, quae quantumvis plane barbara ipsi videntur, non potius a vetustissimo Aramaeo sermone, etsi ejus monumenta interciderint, quam vel a Scythica, vel a Persica, vel ab Armenica lingua essent arcessenda; adeo ut ex eodem Aramaeo tanquam communi fonte in illas linguas immigrassent. Quod si non ponamus, ecquid ex ejusdem de hisce vocabulis sane operosa, dubia tamen & incerta, ne gravius dicam, disquisitione commodi capiemus? Quid? an quod in tertio Danielis capite nomina & munerum exhibentur & vestium, quae Persicam originem prodere ipsi Mi-

daismi Danielis & Esdrae originibus investigandis statuendisque jam antea (1) sese minus diligenter versatum praebuerit. Quasi vero Judaei, postea quam regum Persarum beneficio, libertate donati, uti eis praenunciatum a Prophetis fuerat (2), aut patriae ipsi restituti, aut alio quoque profecti, aut alibi morati, illa ab aetate ad extremum usque reipublicae excidium, cum

chaelis visa sunt, hoc ipsum caput Danieli abjudicabimus? uti fortasse aliqui fecerint, quemadmodum ille idem eo loci animadvertit pag. 87., Absit profecto, ut id genus conjecturae de iisdem nominibus sive ex Scythico-Persica, sive Chaldaeo-Scythica lingua repetendis, amore capti, intemperantis vero critices spiritu incitati, hoc ipsum tertium caput scriptoris divino afflati numine in dubiae, aut falsae fidei invidiam unquam vocemus. Contra vero, hoc uno constituto, quod de vetustissimo Aramaeo sermone paullo ante dicebamus, veluti communi fonte earumdem linguarum, omnia plana fient & cuivis obvia; in scopulosum & infestum libris sacris locum non impingemus; & divini scriptoris Danielis capiti tertio sua plena stabit auctoritas atque integritas. At Michaelis cum suis conjecturis nimio plus indulget, quam doctum virum divina tractantem oracula deceat; quid demum enititur atque elaborat, nisi ut nobis argumentum eripiat, quo ejusmodi opinionis commentum, in re sane maximi ponderis, ut ipsa est sacrorum librorum divina auctoritas, facillime convellamus.

(1) Ibid. sect.v. §. IX. num.II. pag.213. Nam locis adnotatione (1) ante citatis & pag. 279. seq. ea de re multo accuratius disserit atque diligentius.

(2) Jerem. XXV. 11. — XXIX. 10. = Daniel. IX. 2. = II. Paralipomen. XXVI. 22. = I. Esdr. I. 1.

Digitized by Google

in expositionibus suis, sive Paraphrasibus adornandis Chaldaicis, tum in vulgari linguae usu suae, sermonem unquam usurpassent, qui in contentionem venire cum sacrorum voluminum Chaldaismo potuisset. Cujus rei ratio a nobis etiam si demonstrari plane queat, tamen differetur opportune illum in locum, ubi & de numis erit Borgianis Samariticis disputatio, & in caussam quamobrem inscripti illi numi Hebraeo potius sermone fuerint, quam ipso Chaldaico, paullulum inquiremus.

Sed haec ego, STEPHANE BORGIA Cardinalis eximie, de magna Syriaci sermonis cum Chaldaico Danielis & Esdrae conjunctione, deque utriusque linguae dialectis variis disputanda sum arbitratus, ut quantum ad Phoenicum illustrandum idioma numis & inscriptis lapidibus obvium conferant (1) cerneremus. Sic equidem intelligo: si in haec, quae de Syrorum in pri-

(1) Brevitati consulere volens, non recensebo quae Thom. Reinesius in suis *Ἱστορούμενοις Linguae Punicae* cap. IV. §. II. III., quae Barthelemyus, uti supra pag. 21., quae Swintonus, *Inscriptionum Citiearum* §. VII., quae denique perplures doctissimi viri, uti De Guignes, Pellerinius & Perezius-Bayerius hac de re testati sunt. Quae autem ego ipse superiori paragrapho de hoc sum complexus argumento, quantum ex Syrorum sermone ornari Phoenicum litteratura possit atque amplificari, in tanta ponunt luce, ut quid desideretur amplius, haud equidem intelligam.

mis sermone patefeci, intrare voluerimus, facilius nos ad illa Phoenicia monumenta, quorum epigrammata Hebraici ipsius dicendi generis minus propriora videantur, perventuros ab hoc aditu januaque patefacta.

Quid, si Syrorum nomen Phoenicibus primùm, a Tyro Phoenices metropoli voce ipsa deducta, proprium; post vero commune circumfusis fuerit populis? Quod a Samuele Bocharto & Briano Waltono (1) multisque doctis viris ob-

(1) Bochartus quidem in *Phaleg* part. I. lib. IV. cap. XXXIV. pag. mihi 341. seq. Brianus vero Waltonus in *Prolegomen.* XIII. *de lingua Syriaca* &c. §. 1. Quo eodem loco Bochartus de Tyro disserens, quam Hebraei צור *Tsor* (littera vero צ *Tsade*, prolata ut S) *Sor*, vel *Sur* & ejus incolas *Sorim*, aut *Surim* appellant, ipsissimos esse Σύρους, ille idem observat. Tyrum autem a Veteribus *Sarram*, vel *Saram* & *Soram* appellatam superius pag. 155. adnotabamus. Qua de re quoque agunt idem Reinesius, loc. ante cit. cap. III. §. VI. VII. & Nicol. Fullerus, *Miscellan. Sacr.* lib. I. cap. XI. pag. 79. & lib. IV. cap. XI. pag. 473. seqq., qui a Tyro, sive *Sarra*, sive *Sora*, Σώρα Syriam denominatam ibidem ostendit. Mitto quae de τῷ צור, *Rupem*, qua Tyrus superstructa esset, significante, a qua voce eandem metropolim volunt suam accepisse appellationem, dici possent. Si autem, uti ibid. habet Bochartus, τῷ *Sorim*, de quo paullo ante, praefigatur articulus ה, ex *Sorim* habebimus הצורים (littera צ migrante in ס) *Hassorim*, vel *Hassurim*, i. e. Assyrios. Quo nomine Tyrios caeterosque Phoenices Veteribus cognitos esse constat. Syria namque & Assyria uno Syriae nomine antiquitus quidem vocabatur; sed tam Phoenices quam Syrios & As-

servatum, sane argumento est Phoenicibus ipsis haud parvum cum Syris Occidentalibus finitimis sibi populis, non moribus modo atque institutis, sed & lingua quoque usum intercessisse magnamque necessitudinem.

Rursum si Phoenices ab Chananaeis progenitos dicamus (1) populis; cui quidem utrique

syrios diversas plane fuisse gentes, certissimum est. Neque desunt Veteres, qui id & sane rectissime affirmarunt. De quibus Assyriis האשורים, filiis Assur trans Euphratem & Tygrim sedes habentibus, ab Syris & Phoenicibus prorsus distinguendis, confer ipsum Bochartum, loc. cit. lib. II. cap. 3. pag. 81. = Christoph. Cellarium, *Notit. Orbis antiqui* lib. III. cap. XVII. pag. 653. = Stephan. Morin. *De Lingua Primaeva* Exercit. I. cap. XII. exercit. II. cap. V. pag. 115. & 191. = Jo. Selden. *De Diis Syr.* Prolegom. I. cap. I. pag. I. seqq. = Petr. Zornii *Commentar. in Hecataei Abderitae Eclogas, sive Fragmenta* pag. 53. seq. = *Histoire universelle ... traduite de l'Anglois*, Tom. II. lib. I. cap. VI. sect. I. pag. 55. not. = D' Origny, *L' Egypte ancienne*, &c. Tom. I. cap. IX. pag. 321. Adi sis, si placet, *Diatribam* nostram *de aliquot Bibliographiae & sacr. critices capitibus*, edit. seorsum factae pag. 87. seqq., in extremo autem *Specimine* &c. Cl. De-Rossi a nobis vulgato, pag. 311. seq., ubi Syrorum nomen multarum gentium commune quidem fuisse, veterum scriptorum auctoritate ducti ostendimus. Quamquam, ut ante posui, Assyrios alios atque alios a Syris fuisse, ut qui origine diversi utrique omnino essent, explorata res est. Confer Joan. Davidis Michaelis *Spicilegium Geographiae Hebraeorum* part. II. Goettingae 1780. in 4to, pag. 72.

(1) Quod ego praeclarum argumentum illustrare jam aggressus sum in illa exercitatione, suo tem-

Digitized by Google

genti unum eundemque aut parum dissimilem sermonem, Hebraicum nempe usu communi fuisse, scriptores sunt gravissimi (1), qui non

---

pore, sed σὺν Θεῷ *Deo bene juvante*, typis committenda, quam inscripsi : = *De Phoenicio-Chananaeis veris originibus, quibus Terrae Israelitis repromissae fines illustrantur* ; *ad locorum Geneseos* X. 15. *seq.* = *Numerorum* XXXIV. 3.— 11. *&c. explanationem*.

(1) Quam sententiam aperte tuetur Joseph. Scaliger ad Richard. Thomsonum Epist. CCXLII. & ad Stephan. Ubertum CCCLXIII.*Epistolar.*libr.III. & IV. edit. Lugd. Batav. 1627. pag. 519. seq. & 701. Confer. & ejusd. *Opuscula varia* edit. Paris. 1610.pag.455.

„ Lingua vetus, inquit Hugo Grotius, *De veritate Religionis Christianae* lib.I. §.XV. edit. Amstelod. „ 1669.pag.29., eadem Judaeis quae Phoenicibus, aut „ certe paululum diversa „. Hanc vero Chananaeis ipsis vernaculam fuisse, strenue defendit Joh. Vorstius, *Miscellan. Academic. Syntagm*, cap.VI.; Thom. Crenii *Opusculorum, quae ad Histor. ad Philolog. Sacr. spectant*, *fascicul.* V. pag. 68. seqq. Neque repugnare videntur Thom. Erpenius in peculiari *Oratione de lingua Hebr.*, tum Petr. Daniel Huetius, *Demonstr. Evangel.* Propos. IV. cap. XIII. §.II. & III. edit. Amstelodam. 1680. pag. 243. seqq. = Samuel Bochartus in *Chanaan* lib. II. cap. I. pag. 776. seq. = Lud. Cappellus, *Not. critic.* in Isaiae XIX. 18. locum ; Operum edit. Amstelod. 1689. pag.507. = Campegus Vitringa, *Observation. Sacr.* lib.I. cap. I. §.XIII. pag.10. seqq. = Stephan. Souciet, *Dissertat. sur les Médailles Hébr.*; sui Syntagmatis variarum Dissertat. in S. Scripturam ab se Gallice editarum pag. 142. = Jo. Seldenus, *De Diis Syris*, Prolegomen. cap.11.pag.14.seqq. = Andr. Beyerus in *Additamentis* ad Selden.;Blas. Ugolini *Thesaur.Antiq.S.* Vol.XXIII. col.246. = Brian.Walton.*Pro-*

Digitized by Google

infirmis sane rationum momentis magnique ponderis tuentur argumentis. Quamquam quae

---

legomen.III. §.13. = Alex.Symm. Mazochius, *Spicilegii Biblici* Tom. I. Dissert. V. pag. 204. = Joan. Swinton, *De lingua Etruriae Regalis vernacula*, Oxon. 1738. in 4to §.VI. & VII. pag.5. seq. = Henricus noster a Porta, *De linguarum Oriental. ad omne doctrinae genus praestantia*, pag. 22. not. = David Clericus in *Quaestionibus sacris*, quaest. VII. pag. 48. & Steph. Clericus, *Annotatt.* in easdem, ibidem pag.56. = Gerard. Jo. Vossius, *De Arte Grammat.* lib.I.cap.9. Oper. Tom.II. pag.15. Ubi Phoenicum linguam primum quidem eandem ac Hebraicam fuisse recte asserit, postea vero illam ea tamen ratione immutatam, ut dialecto solum haec & illa differrent. Omitto alios haud paucos in hanc ipsam euntes sententiam; quam quidem eorum plures, quos hactenus laudavi, non infirmis tuentur rationum momentis. Sunt tamen qui magna de hoc quaestionis genere contentione certent; uti Nicolaus Fullerus, *Miscellan. Theologic.* lib. IV. cap. IV. pag. 416. seqq. = Augustus Pfeifferus, *Critic. Sacr.* de linguis Script. Sacr. originalibus sect. II. quest. IV. pag.60.—63. = V.E. Loescherus, *De causis Hebr. linguae*, libr.1. cap.III.§.x. pag.28. seqq. = Joh. Gottlob Carpzovius, *Critic. Sacr.* part.I.cap.V. sect.1. §.3. & sect. II. §. 4. pag.173. seqq. = Jo. Francisc. Buddeus, *Histor.Eccl.Vet. Testam.* period.1. sect.II. §.IX. pag. mihi 174. = Salomo Deylingius, *Observationum Sacrarum* part. II. observ. II. de voce אלהים, Genes.I. 1. §. XXI. seq. pag.26. — 30. Qui quidem scriptores multa congerunt, quibus opinionem suam, Bocharti sententiae & aliorum, quos ante enumeravi, doctorum virorum adversam tueantur.

Sed ne horum quidem aliqui hoc in genere sibi ipsi consentiunt. In eam namque loquuntur sententiam, ut quamvis priscam Chananaeorum linguam

ad Phoenicum spectat origines, magna est quaestio, de qua summa fuit eruditorum virorum

non unam eandemque atque Hebraeam existiment, huic tamen valde affinem non inficientur. Neque alio pacto cum Grotio, Seldeno, Bocharto, Huetio ac Pocockio consentit Ern. Val. Loescherus, loc. cit. pag. 29. Stephanus vero Morinus, qui toto fere capite XI. suarum *Exercitationum de Lingua Primaeva*, in Scaligeri & Erpenii sententia oppugnanda nihil non molitur, de Grotio tamen, Seldeno atque Bocharto sic opinatur, observante Jo. Franc. Buddeo, loco paullo ante indic., ut multa affinitate Chananaeam linguam cum Hebraica conjunctam quidem, sed hanc ab altera discrepasse ipsi illi putarint. Qua sane re eo composita modo, Buddeus ipse nequaquam contra nititur. Neque statim hanc arctam inter utramque linguam affinitatem negat eruditus Hieremias a Bennettis, *Chronolog. & Critic. Histor.* &c. Tom. I. prolegom. I. cap. I. §. XXXIX. pag. 77. Post autem quam ibid. & pag. seq. hacce de quaestione perplures inter se dissidentes doctos viros commemoravit, ad Esdrae libr. II. cap. XIII. vers. 24. nos vocat locum, ubi Nehemias Judaeos non alia, quam Azotica utentes lingua, Judaice vero loqui nescientes reprehendere videtur. " Unde, ait ille pag. 79., " a *Judaica* longe destitisse linguam *Asdodicam*, sive " *Philistaeam*, sive *Chananaeam* ". Verum illud idem eruditi viri argumentum, quo Steph. Morinus ipse aliique vehementer urgent, ecquid tandem exhibet negotii, quod Bocharti & aliorum, quam principio exposui, sententiae re ipsa officiat? Atqui ex eo Esdrae libri testimonio id unum evincitur, Judaeorum illorum, quos Asdodaeis permixtos prorsus illicito connubio, Nehemias ipse potissimum & merito quidem graviter increpat, filios matrum suarum lingua, non Asdodicis tantum, sed, ut videtur, etiam Ammoniticis Moabiticisque aliisque barbaris immixta vocabu-

dissensione certatum. Ecquid namque uno, aut altero veterum scriptorum, uti Herodoti, uti

---

lis fuisse loquutos. Quod sane linguae genus immane quantum ab ea sermonis Hebraici puritate abhorrebat atque simplicitate, quam scriptores sacri adhibere consuessent, ipseque Nehemias usurpat eo in libro, qui ejus quoque nomine, sed *Secundus Esdrae* vulgo inscribitur. Est ergo eo loci damnata eorumdem Judaeorum lingua, quod dialectum sibi fecissent peculiarem, quae ab idiomate Palestinensibus Judaeis, Nehemiae aetate passim recepto longissime abesset, neque purum Asdodicum resonaret. Nam illud observatu dignum profecto est, quod cit. loc. Esdrae de eadem lingua a Judaeorum illorum filiis usurpata habetur: = ובניחם חצי מדבר אסדודית ואינם מכרים לדבר יהודית ובלשון גם וגם: = *Et filii eorum dimidia* (חצי) *loquela utebantur Asdodica: & ipsi nesciebant loqui Judaice, sed lingua cujusque populi* loquebantur, ex variarum & Ammonitarum, sicuti ante ajebam, & Moabitarum aliarumque linguarum colluvione confusa. Atque eo pravae consuetudinis adducta res erat, ut sermone suo maternos mores ejusmodi Judaei exprimentes, eumque Hebraei partim atque Chaldaei, partim Syri, partim Philistaei admixtione inficientes, neque Judaice, neque Asdodice verba emendate proferrent. In quo porro Nehemiae loco declarando τὸ *dimidia loquela* &c. posui, & quidem ad Hebraicae analogiae rationem accommodatissime. Res namque si secus accipiatur, atque ita, ut Judaeorum illorum aliqui Asdodice loquerentur, alii vero Iudaice, quemadmodum ab interpretibus nonnullis locum exponi intelligo; non τὸ ובניהם חצי, sed τὸ וחצי בניהם, *& pars filiorum eorum* &c. Nehemias certe scripsisset, uti Hebraei sermonis postulat ratio. Quod sane ex sacrorum voluminum Hebraeorum locis multis palam liquet, quae brevitatis caussa omitto.

Strabonis & aliorum testimonio freti de Phoenicum originibus, at contra quam una sola vera

Sed quae tandem iisdem temporibus dialectus illa fuit Asdodica a Judaica lingua, ut eam vocat Nehemias, quidem diversa; ex quibus tamen recitatis sanctissimi viri verbis Stephanus Morinus caeterique ei assentientes argumentum capiunt, hanc ipsam Asdodicam, seu Azoticam dialectum cum sermone confundendi Phoenicio-Chananaeorum, qui idcirco ab Hebraico, eorum sententia, plane discreparet?

Quid autem nomine Judaicae linguae intellexerit Nehemias, an ipsam Hebraicam, qua Judaei ante Babylonicam servitutem jam usque ab ultimis loquebantur temporibus; an vero illam dialectum, quam Syro-Chaldaicam communiter dicunt, & qua ex eadem servitute reduces Judaeos postea usos fuisse, sunt & haud exiguo numero scriptores, qui pugnent; quaestio haec est alterius loci ac temporis, de qua quidem alias. Quamcumque vero hac de re sequamur sententiam, illud habere dubitationem potest, eademne, Nehemiae aetate, Phoenicio-Chananaea lingua ac ipsa Asdodica dialectus fuerit, seu Philistaeorum. Cui sane dubitationi ut aliquod lumen afferatur, ipsorum Asdodaeorum origini paullulum immoremur omnino oportet.

Atque Asdodaeos, quorum *Aschdod* אשדוד, seu *Azotus*, una e quinque Philistaeorum Regiis, appellatur I. Reg. VI. 17., tametsi Palaestinae partem haud ignobilem maritimis oris potissimum adjacentem ipsi & caeteri Philistaei inhabitarent; nihilominus a Chananaeis populis alios atque alios prorsus fuisse, quippe ab Aegypto ortum ducerent; illud ipsum est, de quo vix dubitari, in controversiam autem vocari ne vix quidem liceat. Non immerito igitur LXX. interpretes Philistaeos vocant Ἀλλοφύλυς, i.e. *alienigenas*. Quod Veteres de Chanaanitica ab Philistaeis frequentata re-

postularit sacris contenta litteris sententia, non disputarunt & Petrus Faber & Stephanus Mori-

---

gione item observarunt. Quam in rem confer in primis Hadrian. Relandi *Palaestinam ex monumentis veteribus illustratam*, lib. 1. cap. XIII.; Blas. Ugolin. *Thesaur. Antiquit. Sac.* Tom. VI. col. 67. Et si fuerunt qui aliter plane sentientes, originem Philistaeae gentis, uti docto August. Calmet, *Dissertation sur l'origine & les Divinités des Philistins*, singulariter placuit, neque repugnante Cl. Alex. Symmach. Mazochio, *Spicileg. Biblic.* Tom. I. pag. 282. & not. 15. 16. ab Creta insula deducendam putarint; hos ipsos vehementer errasse si dicam, haud equidem vereor, ut in suspicionem veniam falsitatis. Quapropter multum probo quae de hac singulari Calmeti conjectura eruditus Jo. David Michaelis, *Spicilegii Geographiae Hebraeorum* parte 1. pag. 281. seqq. recte tradidit, omne effugium Cl. Benedictino praecludens, quo eruditus Gallus sese reciperet. Verum etsi eruditi Michaelis in Cl. Calmeti argumentis confutandis probem industriam; quod tamen post disputat, id sane est ejusmodi, ut in eo tractando ejus diligentiam desiderem. Quid enim a veritate magis alienum, quam quod in Philistaeorum origines inquirens, de Geneseos loco, x. 14. Michaelis ipse praepostere disserit? Etenim haud equidem intelligo, quaenam ratio sit, cur ille idem Moysis locus longe aliter exponendus esset, quam prae se ferant ejusdem sanctissimi scriptoris verba. Ait autem ex Casluhim, qui patrem habuere Mitsraimum, Chami filium, prognatos fuisse Philistaeos & (ut interpretum communis fert opinio) Caphtoraeos. Quos porro cum sic voco, eos habere videor tanquam nomen gentis a Caphtorim potius ortum suum ducentis, quam viri proprium. Qua quidem de re inter se dissentiunt interpretes; sed hanc omitto disputationem ad institutum nihil conferentem. Attamen non praetermitten-

nus & Christianus Wormius & Richardus Cumberlandus, Bonifacius noster Finettus, Alexius

---

dum quod scribit Salomo Glassius, *Philologiae Sacrae* lib. IV. Tract. 2. observ. XXIII. edit. tert. Francofurt. &c. 1663. pag. 919. Is enim CAPHTORIM ad ea, quae ibidem praecedunt, scilicet = *ex quibus egressi sunt Philistaei*, esse referenda contendit, sed testibus omni fide quidem dignis, male autem, ut mox ostendam, ab se intellectis.

Ego vero hunc Moysis locum cum meditor animo, vix continere me possum, quin mihi persuadeam τὸ CAPHTORIM ad caeteros filios a Mitsraimo ortos & versu 13. recensitos, revera pertinere; adeo ut non a Casluhaeis Caphtoraei egressi existimandi sint. Quae interpretatio omnem Jo. Davidi Michaelis viam praecluderet, quo suam opinationem tueretur. Nam articulus, seu particula את eo loci praefixa τῷ כפתרים, hanc nostram comprobare videtur expositionem. Quam quidem confirmatam lego ab LXX. Interpretum versione. Habet enim = Καὶ τοὺς Γαφθοριεὶμ, melius Χαφθοριεὶμ; ubi τοὺς, quarti casus nota, ad τὸ ἐγέννησε *genuit* praecedentis versus 13. prorsus referatur oportet, sicuti Graeci sermonis analogica omnino postulat ratio. Quî enim idem articulus τοὺς cum τῷ ὅθεν ἐξῆλθε Φυλιστιεὶμ, *unde egressus est Philistim*, quod ἀμέσως antecedit, congruere bene posset? LXX. Interpretum versioni favent utique & Samaritica ואת כפתרים *& Caphtoraeos*, Chaldaica quoque Onkelosi Paraphrasis וית־קפוטקאי *& Cappadoces*. Arabs quidem, والدمياطيين *& Damiataei*, vel ut latina habet, *Damiataeos*, Syrus vero ܘܩܦܘܕܩܝܐ *& Cappadoces*, tum Vulgata nostra in utramque cadere interpretationem possunt. Nolo autem huic probationis generi insistere; quasi τὸ את praefixum τῷ כפתרים esset ejusmodi, ut rectum casum aliquando & maxi-

Symmach. Mazochius, Iohan. David Michaelis, caeterique, quos heic enumerare nihil attinet?

me cum verbis, ut ajunt, *passivis* & *intransitivis*, numquam indicaret: exempla sane exstant Genes. XVII. 5. = Exodi X. 8. = Levitic. X. 18. &c. Verumtamen haec animadversa si minus ad Michaelis opinionem plane evertendam, certe ad eam reddendam haud parum suspectam falsitatis, nobis satis essent. At ipsa, quae ferant Moysis verba describamus. Sunt autem hujusmodi: = ואת־כסלחים אשר יצאו משם פלשתים ואת־כפתרים׃ Mitsraim autem genuit . . . , *& Casluhim, de quibus egressi sunt Philistaei & Caphtorim*, ut vertit vulgatus Interpres.

At ille idem Moyses, Deuteron. II. 23., inquit Michaelis, Caphtoraeos ex Caphtor egressos, deletis aboriginibus tractum circa Gazam, id vero est, Philistaeam occupasse prodidit; Jeremias XLVII. 4. Philistaeos vocat *reliquias terrae Caphtor*; & apud Amosum IX. 7. legitur: = *Nonne Philistaeos ex Caphtor ascendere feci?* Non igitur ex Casluhaeis, Michaelis sententia, sed potius ex Caphtoraeis Philistaei orti dicendi sunt. Quare in recitata Moysis verba μετάθεσιν, seu transpositionem irrepsisse non solum suspicatur, ibid. pag. 277., sed & omnino esse legendum contendit τὸ ואת כסלחים ואת כפתרים אשר יצאו משם פלשתים׃ *Et Casluhaeos & Caphtoraeos, ex quibus* (Caphtoraeis nempe) *egressi sunt Philistaei*. Quod mendum, vel injuria temporum, vel librariorum negligentia inlatum, omnibus versionibus & quidem a Samaritanorum a Judaeis secessione esse antiquius, eodem non diffitente, immo & multum probante, loc. cit. pag. 278., erit asserendum.

Non nova profecto est haec Michaelis opinatio, cui facem praetulisse Masium & Glassium, ex Matthaei Poli *Synopsi Criticorum*, tum ex Augustini Calmet Commentar. in eund. Genes. X. 14. locum, cognosci

Digitized by Google

De quibus tamen suo loco, & quidem opportunius in illa videlicet commentatione disseremus,

---

potest; neque tamen verior: a qua opinione & ipse Polus & Calmetus non sunt alieni. Quo autem jure testes, quos producit Michaelis, in suas partes trahat, ut sacrum Moysis volumen tam veteri aspergat macula; etiamsi extra institutum vagari atque errare aliquo modo ipse videar, nolo tamen silentio praeterire. Quod nihilominus complectar breviter.

Ac ipsius Moysis & Jeremiae & Amosi loca, quibus aperte abutitur ipse Michaelis, quaeque sibi cum altero Geneseos testimonio pugnare videntur, injuria certe objici atque urgeri, neminem eadem paullo attenter & diligenter expendentem loca, futurum puto, qui statim non agnoscat. Enim vero, neque Moyses, Deutoron. II. 23., neque Jeremias, neque Amosus, cit. locis, Philistaeos ex Caphtoraeis progenitos unquam dixere. Atqui Moyses id unum tradit litteris, Caphtoraeos, vetustissimis Palaestinae incolis circa Gazam sedes suas habentibus, Avaeis nempe ab illis pulsis planeque dejectis, eundem terrarum tractum occupasse. Amosus vero de Caphtor egressos Philistaeos scribit quidem, sicuti Jeremias eos ipsos vocat *reliquias terrae Caphtor*.

Ecquid autem ex Deuteronom. cap. II. vers.23. demum eruitur, nisi Caphtoraeos ex terra, quam primum inhabitassent, idcirco de nomine suo CAPHTOR nuncupata, quemadmodum exponit ipse Propheta Amosus, ab ultimis temporibus emigrantes, in veterum incolarum sedes irrupisse Avaeorum? Philistaeos vero, qui una cum Caphtoraeis consanguinitatis vinculo juncti, eidem terrae aliquando insederant, eaque de causa ab Jeremia dicti sunt *reliquiae terrae Caphtor*; pro ingenio eorumdem temporum ad emigrationem pronos, audacter sese committentes fortunae, novasque igitur Caphtoraeorum exemplo quaerentes

cuius proxime superiori notatione facta mentio est. Hos autem doctos viros, quorum ne una qui-

---

sedes, in maritimo eodem Palaestinae tractu cum ipsis Caphtoraeis constitisse. Hos autem & illos in unam deinceps eandemque coalescentes gentem, at Caphtoraeorum sensim antiquato nomine, unaque sola Philistaeorum appellatione recepta, Hebraeis cognitos fuisse. Ut enim Ezechielis xxv. 16. Philistaei ipsi mari Palaestinensi adjacentes, שארית חוף הים, *reliquiae* vocantur *orae maritimae*, tametsi aliunde omnino venissent; ita ab Jeremia Propheta שארית אי כפתור, *reliquiae terrae Caphtor* iidem appellantur, propterea quod suas in eadem illa regione sedes aliquando habuissent. Tò autem אי, quo eo loci utitur Propheta, tum insulam, tum provinciam & terram vel flumine, vel mari circumdatam, aut tantum mari adjacentem significat.

Accedit quod, quum Amosus loc.cit. litteris tradat = הלוא את־ישראל העליתי מארץ מצרים ופלשתיים מכפתור: = *Numquid Israelem eduxi e terra Aegypti Philistim vero e Caphtor?* abunde nos edocet, Philistaeos in terra Caphtor advenas fuisse, quemadmodum Israelitae fuerant in Aegypto. Quod plane demonstrat, Philistaeorum veras origines non ab Caphtoraea eadem regione ab indigenis Caphtoraeis sic nuncupata, ubi Philistaei pro alienigenis habebantur; sed ab ipsis esse arcessendas Casluhaeis, sicuti Moyses memoriae prodidit. Quod equidem non eo dico, quo Caphtoraeam terram extra Aegypti fines esse investigandam velim; sed quo ex Amosi verbis haud inepte concludi putem posse, Philistaeos, etsi non secus atque Aegyptios a Mitsraimo oriundos, externam tamen, eamque in ipsa inferiori Aegypto, quod multis doctis probatur hominibus, collocandam, aliquando incoluisse terram, quae juris esse Caphtoraeorum.

Itaque in producto Geneseos x. 13. loco nihil

Digitized by Google

dem hoc in genere fuit eademque sententia, non est quod nunc moremur. Enim vero, utcumque

pugnans est; nihil, quod Deuteronomii II.23. testimonio, capitibus & Jeremiae XLVII. 4. & Amosi IX. 7. ne minimum quidem adversetur. Haec clariora sunt, quam ut tenebris involvi a quoquam possint. Adeoque plane commentitia est illa μετάθεσις, quam in eundem ipsum Geneseos locum sine ratione inducendam cumprimis defendit Jo. David Michaelis. Relinquitur ergo, ut falsum item sit quod de τῷ CAPHTOR tamquam terra patria Philistaeorum ille idem commentatus est. Quamquam haec opinio doctissimos habuit auctores; satis mirari non possum unde ad eandem venerint. Et re quidem vera, non de Philistaeorum primis originibus, neque de gente, ex qua orti ipsi fuissent, iisdem in postremis Jeremiae & Amosi locis quaeritur. Quid ergo illud est, quod in iis agitur, nisi illud est; ad regionem tantummodo, seu terram inferioris Aegypti circa Pelusium, ut videtur, quaerendam, sacros eosdem scriptores respexisse, unde Philistaei, Caphtoraeorum, qui orae maritimae Palaestinae partem jam tenebant, secundis rebus illecti, alteram quoque occupaturi commigrassent? Id vero tam perspectum, meo quidem judicio, exploratumque esse arbitror, ut nihil magis. Ego autem quid demum repugnet, quo minus in iisdem Prophetarum locis τὸ CAPHTOR esset nomen potius regionis, quam gentis, nequaquam video. De quo tamen argumento mihi erit occasio accuratius disserendi in illa commentatione, cujus ante mentionem feci (not. pag.122.) *De Phoenicio-Chananaeis veris originibus*. Et miror sane haec per sese satis obvia, eruditissimis interpretibus doctisque haud paucis aliis hominibus, quorum lucubrationes ea de re legerim, in mentem non venisse; qua quidem animadversione Geneseos tam vexatum locum ab pseudocriticorum hypothesibus tutari, nisi vehementer erro, optime potuissent.

de iisdem originibus eruditi viri opinati fuerint, argumentum, in quo versamur, ne mini-

---

Quum Philistaeorum origines non aliunde, quam ab Aegyptiaca stirpe esse deducendas certissimum sit, Asdodaeos vero, uti ante dictum est, unam e quinque Philistaeorum satrapiis, cum *Gaza*, *Ascalon*, *Gath*, seu *Geth*, & *Ekron*, seu *Acron*, vel *Accaron*, Josue XIII. 3. & alibi, constituisse; an linguam initio usurpassent ipsi Philistaei, quae tamen insequutis post temporibus, Nehemiae praesertim aetate ad Hebraeo-Phoenicio-Chananaeam dialectum minus accederet nec ne, restat ut paucis explicem.

Quod vetustissimis temporibus, cum Caphtoraei primum, deinceps vero Philistaei, quantum ex Geneseos libro & Deuteronomii capite II. 23. ipse colligo, in illam Chananaeae maritimae plagam, totam Pentapoleos ipsorum regionem complexam, irrupissent, ubi stabiles hinc inde sedes posuere, lingua loquuti fuerint, qua in ipsa Aegypto jam uterentur; nihil sane est, quod videatur secus. Atqui rem ipsam ab eadem illa si arcessamus tempestate, qua Philistaeorum Geneseos liber mentionem primum facit, & in quorum regione Abrahamum & Isaacum ad tempus consedisse, ibidem traditur; & Philistaeos & Abrahamum atque Isaacum, quin immo Chananaeos, quos inter longam traduxisse aetatem sanctissimos eosdem Patriarchas, & quibuscum usum intercessisse ac necessitudinem Moyses testatur; nullam aliam tunc temporis linguam, quam Hebraeo-Chananaeam usurpasse comperimus. Neque in Aegypto id quoque aetatis sermonem ab Chananaeo-Hebraico idiomate, si quid in tanta vetustate rerum verisimili conjectura assequi possum, diversum obtinuisse, mihi videre videor. Nam fame in Chanaanitide jam ingravescente cum Abrahamus in Aegyptum idcirco migrasset, ab Aegyptiis humanissime exceptum legimus. Regis ve-

mum certe patitur incommodi. Quamobrem, sive ab Maris Rubri, alias Erythraei finitima

ro Pharaonis cumprimis, divino sic exigente Numine, plagis propter Saram Patriarchae conjugem maximis afflicti, at de errore suo sibi conscii, rogatu atque arcessitu ad eum venit Abrahamus. A rege autem Pharaone reprehensus Patriarcha, quod suo dissimulato conjugio, Saram dixisset sororem suam, dimittitur; ac ex Aegypto decedere jussus, sed nullam injuriam passus, multisque regiis auctus beneficiis in Chanaanitidem reversionem facit. Genes. XII. 10. 16 — 20. XIII. 1. 2.

At vero quod hoc ipso congressu & Pharao & Abrahamus una colloquuti fuissent, & ipsa Patriarchae familia cum Aegyptiis, longe alia lingua, quam in Chanaanitide usu receptus ferret sermo, vix equidem crediderim; id ipsum quoque est, quod nullo evinci documento posse mihi videatur. Quid enim repugnaret, quo minus Mitsraimi & Chanaanis familiae eorumque posteri, etsi diversas incolentes regiones, duobus vero, aut tribus prope saeculis ab communi stirpe disjuncti, unius tamen ejusdemque idiomatis, Abrahami etiam tempestate usum servassent, qui dialecti aliqua summum, at minima varietate tantum distingueretur?

Qua re animadversa, haud vereor, ne non Jo. David. Michaelis conjectura stare queat, loc. cit. *Spicilegii* part. I. pag. 279. scribentis, Caphtoraeos in Palaestina patriae linguae oblitos, Phoeniciam adscivisse. At enim quis tam in Palaestina, quam in Aegypto, jam inde ab Caphtoraeorum & Philistaeorum in Chananitidem antiquis migrationibus, ipsisque Abrahami temporibus & Isaaci fuisset patrius sermo communior atque receptior, quam Phoenicio-Chanaaniticus? Hunc autem ab Hebraico ne vix quidem alium atque alium exstitisse agnoscunt ipsi Judaeorum doctissimi. Mihi quidem

regione, vel ab Idumaea gente, vel ab Aegyptiis,ut quibusdam placuisse video, sive denique

unus Abraham fil. Meir Aben-Ezra sit instar omnium. Atqui Isaiae vers. 18. cap. XIX. = ביום ההוא יהיו חמש ערים בארץ מצרים מדברות שפת כנען, = *in die illa erunt quinque civitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan*; hunc, inquam versum exponens Aben-Ezra sic habet : = שפת כנען. עוד נלמד כי הכנענים בלשון הקדש מדברים = LINGUA CHANAAN. *Hinc edocemur, quod Chananaei lingua sancta loquuti fuerint*. Haec ille, *Commentar*. in eund. Isaiae locum. Quod autem nomine *linguae Chanaan*, quo utitur propheta, & quae fuit ipsa veterum hebraeorum, intelligendus quoque sit Phoenicum sermo, facit Choerili unius ex antiquioribus Poetis, insignis a Flav. Josepho productus locus lib. I. cap. 22. *contra Apionem*, Oper. tom. I. pag. 454. De Judaeis namque Solymos montes accolentibus loquens Poeta Samius, ait : =

Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφίεντες.
Linguam quidem Phoeniciam ore edentes.

Equidem scio,fuisse homines caeteroqui non indoctos, qui eadem Isaiae verba secus,atque ea interpretati sunt Aben-Ezra aliique multi eruditi viri, explicanda acriter pugnarint. Quo magis eos miror, quod Prophetae locum aliorsum detorquentes, nescio quid comminiscantur de τῶ שפת כנען, *labio*, seu *lingua Chanaan* ab prophetas τῶ לשון הקדש, *linguae sanctae* vocabulo appellata; quod nomen Hebraeae linguae proprium eò loci primùm offendimus. At vero haec Isaiae verba quantum ad rem, de qua quaerimus, conferant, quotusquisque hisce est litteris aliquantum deditus, qui non percipiat & agnoscat? Sunt enim tam perspicua, ut nihil supra. Quid autem aliud postulat Hebraicarum earumdem vocum significatio, nisi Chananaeum & Hebraeum unum eundemque fuisse sermonem indicent? Ac tantum praejudicata opinio potest, ut qui

ab Chananaeis, quod equidem magis probo, Phoenicum origines repetamus; quin tamen sermo-

illud non vident, quam animo semel informarint, notionem de Hebraicae linguae familiari usu unis, uti opinantur, Israelitis concedendo, Chananaeis vero prorsus denegando, repugnantibus licet ipsis Isaiae verbis, id laborandum atque enitendum sumant, ut etiam sine ratione pro virili defendere ac propugnare aggrediantur. Quasi vero Chanaanitica gens, non profana modo, sed prorsus execranda & internecioni devota, Deuteronom. VII. 2. &c., plane indigna fuisset, quae lingua loqueretur Hebraeorum, tantique pretii thesauri, illorum sententia, unquam particeps fieret, quale est ipsa sacra Hebraea lingua ab uno solo populo, veri Numinis cultui ejusque laudibus celebrandis sanctissimisque conservandis decretis addicto & consecrato, usurpanda. Sed haec fortasse alio loco, quae Bochartus, *Chanaan* lib. II. toto capite I. adversus Nicol. Fullerum, *Miscellaneorum Theologic.* lib. IV. cap. IV. pag. mihi 416. seqq. pluribus urget. Ubi pag. 778. hac in controversa sententia sic ostendit sese, ut non contendat Chananaeorum dialectum in omnibus cum Hebraica convenisse; cum, ait ille, inter ipsos Hebraeos variae fuerint dialecti. Ita Ephrataeis hoc fuit peculiare, quod non poterant pronunciare ; litteram שׁ *Schin*, sed pro ea שׂ sonabant *Sin*, & ex eo dignoscebantur, quod pro *Schibboleth*, *Spica*, blaeso sono dicebant *Sibboleth*, Judic. XII. 6. Sic, subjungit ille, in domo Michae Danitae Levitam ex sermone cognoverunt, Judic. XVIII. 3.

Eodem porro capite a Bocharto de hocce argumento opportune animadversa qui considerate ac diligenter legerit, ne vix quidem fieri ullo modo posse existimo, ut quod postea Stephanus Morinus, loc. supra cit. Exercit. I. cap. XI. *De lingua Ebraea, an eadem fuerit ac Chananaea*, secus omnino & satis

Digitized by Google

nem saltem usurpassent cum Hebraico maxima affinitate conjunctum, ipsumque coloniis suis qua-

---

fuse disseruit, unquam sit probaturus. Quamquam & illud est verum, Davidis aetate Aegyptiacam linguam (Patriarchae Jacobi & Josephi filii temporibus Hebraeo-Chanaaniticae jam absimilem, Genes. XLII. 23., = Psalm. Hebr. LXXXI. 6. — CXIV. 1.) a primigenio suo fonte deflexam, in alteram degenerasse dialectum, novum deinceps habitum induentem, qui ab lingua matrice magis ac magis illam disjungeret. Qua de re quum superiori sexto paragrapho pag. 21. seqq. dixerim, non est quod iterum dicendum putem.

His satis cognitis, quae jam explicata sunt, age nunc, quae de Philistaeo-Asdodica, seu Azotica dialecto dicenda supersunt, non praetermittamus. Atque tam Asdodaeos, quam caeteros Philistaeos, jam jam expugnatis Avaeis, eorumque occupatis sedibus; post vero sub Josua & Israelis judicibus, tum sub regibus Juda & Israelis, perpluribus cum ipsis Hebraeis commissis praeliis, modo secundis, adversis modo; demum ab piissimo rege Juda, Ezechia debellatis (IV. Reg. XVIII. 8.); & circiter id temporis a rege Sargon (Isai. XX. 1.) rerum in Assyria potiente, post autem ab ipso Psammetico (Herodot. lib. II. cap. 157. pag. 181. edit. Wesseling.) Aegyptiorum rege, fractis illorum viribus; hisce, inquam, variis & magnis turbatam cladibus Philistaeam eandem gentem totque calamitatibus pressam, colluvie praeterea & Aegyptiorum & Arabum & Idumaeorum permixta regione, dialectum usurpasse, quae a prisca lingua matrice sensim abfuisset, veterisque ejusdem Phoenicio-Chanaanitici vix servasset vestigia, perfacile inducor ad credendum. Atqui in eo perturbatissimo Philistinarum rerum statu, quin Asdodica lingua eam vicissitudinem passa fuisset atque mutationem, ut a Judaico idiomate, quemadmodum a Nehemia appellatur, sive

quaversum traduxissent ; quae demum esset caussa, quamobrem inficiaremur ? Adeo verum est, quod iam saepe diximus, Phoenicium sermonem, quantum ex ejus, quae non interciderunt, inscri-

Hebraicum illud ponamus, sive Syro-Chaldaicum, haud parum deflecteret ? Quid igitur est ? In argumento ex libro II. Esdrae desumpto, quod hujusce adnotationis fere initio mihi solvendum proposui, si quid inest virium, illud solum evincit ; Philistaeo-Asdodicam linguam ab matrice Hebraico suo sermone, Nehemiae aetate ita declinasse, ut, qui ea loquerentur, aliam plane usurpare viderentur linguam ab ipsa Judaica, id quoque temporis ipsis Judaeis communiter recepta. Quantum vero Asdodaeorum vulgatus sermo a Judaico tunc deviarit, monumentis deficientibus nobis, vix definire auderem. Id autem non esse dubium videtur, in illa rerum vicissitudine ipsam dialectum servasse eam proprietatem, quae cum Phoenicio-Syro-Chaldaico sermone aliqua saltem affinitate eandem conjungeret. Ac Johan. Lightfootus, *Disquisition. Chorographic.* ejusd. *Horis Hebraicis impensis in Evangelium S.Johannis*, edit. Londin. 1671. praemiss. cap. IV. num. 5. pag. 25. seqq., expendens an *lingua Ashdodaea* Nehem. XIII. 24. *Samaritica* fuerit, illam suspicatur potius Arabicam, quam Samariticam, qua Cuthaei nimirum utebantur, & conscripta est versio ipsa Penteuchi Samaritica. Animadvertit namque ex Targum in Paralipom. XXV. 7. Arabas habitasse in Gerare urbe Philistaea, & satis notum esse, quod Arabia contigua fuerit terrae Philistaeorum, hocque praeterea observato, quod ad ista usque loca obtinuerit nomen Idumaeae ; & non ne Arabica, concludit ille, lingua Idumaeorum ? Quo animadverso, quae Asdodicae dialecti id aetatis fuerit ratio facile intelligitur. Verum quidem haec hactenus.

ptis monumentis judicium ferre nobis datur, ab Hebraica omnium linguarum matrice, quemadmodum mea fert & doctissimorum virorum (1)

(1) Ab Hebraico sermone tanquam a communi fonte, caeterarum esse linguarum origines repetendas, magna quidem a summis viris vexata quaestio est. Hanc paucis comprehensam tradit Samuel Shuckford, *Histoire du monde sacrée & profane* Tom.I.lib.II. pag.113 — 121. Atque in ea, quae ad similitudinem veri propius accedere videtur, sententia fuisse intelligo perplures Eclesiae doctissimos patres, gravem in primis & veterem scriptorem S. Hieronymum ajentem, *linguam Hebraeam omnium esse matricem*, Commentar. *in cap.*III. *Sophoniae*, Operum Tom.III. col. 1679. Qui autem hoc argumentum illustrandum suscepere, prope sunt innumeri, quorum ego plenam syllogen si conficere heic aggrederer, longior essem quam oporteret. Quibus tamen id argumenti genus placeat, neque ingratum sit futurum praecipuos scriptores, qui illud pertractarint, cognoscere, hi consulant = Bernard. Aldrete in opere Hispanico atque erudito *De Hispaniae & Africae variis antiquitatibus* lib.I. cap. XXXIV. pag. 130. seq. = Samuel. Bochartum in *Phaleg*. lib.I. cap.XV. pag.56. seq. = Brian. Walton. *Apparat. Biblic.* Prolegomen. III. §. 3. seqq. pag. 230. seqq. = August. Pfeiffer. *Critic. Sacr.* sect. II. quaest.I. pag.46. seq., Quaest.II.pag.56. seqq. = Valent. Ernest. Loescher. *De causis linguae Ebraeae* lib.I. cap.II. §.VII. cap.III. pag. 13. seqq. = Joh. Gottlob Carpzovium, *Critic. Sacr.* part. I. sect. II. §. IV. V. pag. 174. seqq. 177. seq. = Thom. Hayne, *De linguis disser.* positio II. — Christoph. Crinesium, *Disputat. de confusione linguarum* part.I.; *Analect. Philolog. Critico-Historic.*Thomae Crenii pag.23.seq.235.seqq.= Jo.Franc. Buddeum, *Histor. Eccl. Vet. Test.* period. I. sect. II.

Digitized by Google

communis opinio, verborum vi & natura haud multum abesse, atque ad illius habitum ingeniumque maxime accommodari. Sed illud, quod de Phoeniciis originibus ab Chananaeorum gente arcessendis modo posui, nec dubium est; & si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id, quod propositum est, non est necessarium. Et vero rem ita esse comparatam arbitror, ut seipsa omnino defendat. Idque praeterea tam late ostensum, tamque praeclare ac prope infinito vocabulorum numero illustratum ab Samuele Bocharto (1) est, ut qui ea rursum pro-

§. IX. pag. mihi 188. seqq. = Jo. Selden. *De diis Syris* Prolegom. cap. II. & Andr. Beyerum in *Additamentis* ad eund. Seldeni librum; *Thesaur. Antiq. S.* Blas. Ugolini Tom. XXIII. col. 246. seq. = Cl. Jo. Bernard. De-Rossi, *De praecipuis caussis & momentis neglectae a nonnullis Hebraicarum litterarum disciplinae Disquisitio elenchtica*, August. Taurin. 1796. pag. 6., & quos ibid. notation. 2. indicat auctores, qui linguae Hebraicae prae Graeca, Chaldaica aut alia qualibet antiquitatem & primatum invictissimis argumentis ostenderunt. = *De fatis linguarum Orientalium Arabicae nimirum Persicae & Turcicae Commentatio*, Viennae 1780. pag. 4. 6. seq. Sed caeteros enumerare, qui in hoc argumenti genere illustrando atque ornando versati cum laude sunt, non est necesse. Adi sis tamen Dan. Morhofium, *Polyhistor. literar.* Tom. I. lib. 1. cap. 3. §. 1. pag. 734. seq. = Jo. Christoph. Wolfium, *Bibliothec. Ebraeae* Vol. II. pag. 622. seq. — Vol. IV. pag. 308. seq. 316. seq.

(1) In *Chanaan* lib. II. cap. 1. seqq. de lingua Phoenicia & Punica pag. 776. Rem vero ante ipsum Bochartum jam illustrandum sumserat Cl. ecclesiae Cordu-

ferre atque explicare vellet, nae is frustra laborem susceptururs videretur. Quamquam, quum

bensis Canonicus, cujus notatione superiori mentionem feci, Bernard. Aldrete in eodem suo libro Hispanice inscripto: *Varias Antiguedades de España, Africa y otras provincias* lib.I. cap. II. pag.180.seqq. Antuerpiae 1614. Et qui multa ex ipso eruditissimi Hispani libro descripsit atque ingenue fassus est Thom.Reinesius, qui consulendus in Ἱστορημένοις cap.IV.§.1.seq.& cap.VIII. §.1. seq.; *Syntagm.variar. dissertat. rarissimarum ex Museo Jo. Georg. Graevii* pag.20. seqq. Vide & *Histoire universelle, traduite de l'Anglois*, Tom.XI. lib.III. cap. XXXVII. sect. III. pag. 646. seqq. = Cl. virum De Guignes, *Mémoire historique & critique sur les langues Orientales*, part.II.; Actor. Acad.Reg.Inscript. &c. Tom.XXXVI. pag.146. seq. = Joan. Swinton, *De lingua Etruriae regalis vernacula* Dissert.§.VIII.pag.5.& quae in suis *Inscriptionibus Citieis* passim disserit. Adde Jo. Bapt. Passerii *De Hebraismo Aegyptiorum dissertationem*, cap. X., pag. 30. — 35. *Symbolarum litterariarum* Francisc.Gorii Vol.IV.Quo capite doctus Passerius Chananaeorum linguam Hebraicae fuisse affinem demonstrat, idque probat fragmentis linguae Punicae, quae ipse enumerat, quaeque purum putum redolent Hebraismum. Mitto ipsum eruditissimum Franc. Perezium-Bayerium, qui *Del alfabeto y lengua de los Fenices* &c., aliquot exemplis ex numis ab se productis, hoc argumentum illustrat.

Ecquid in eodem praeclaro argumento tractando non fecisset doctissimus Bochartus, si Phoenicio-Punica monumenta, aut lapides, aut metalla ad manus habuisset? sicuti animadvertit Cl.Ezech.Spanhemius, *De Praestantia & usu numismat. antiq.* Dissert.II. §.2., de numis disserens Phoeniciis, seu Punicis pag.78. « Quum vero, ait ille, de his agerem, optaveram equidem, superstite tum adhuc magno Bocharto, ut ad Punica il-

hoc dico, non eo tamen ipse adducor, ut cogitem, tam tenax esse tamque arctum vinculum, quo Phoenicia dialectus cum sermone coniungitur Hebraeorum, nulla ut diversitate laxari abrumpique possit. Enimvero Phoenices, quorum amplissimum fuit imperium (1), cum permultis

lustranda, omni alio ingenii, eruditionis & solertiae apparatu abunde instructus, solo hoc Punicorum, aut Phoeniciorum numorum praesidio non fuisset destitutus. Inde enim, subjungit ille, adsertam sibi luculenter in praeclaro opere Phoenicii sermonis cum Hebraico adfinitatem probasset ulterius; nec minorem utique curam impendisset primigeniis his & genuinis illius linguae reliquiis illustrandis, quam sparsis, aut interpolatis apud Graecos & Latinos auctores vocibus eruendis, & ad Hebraicos fontes revocandis, quod jam ex parte & pro viribus praestare adgressus fuerat in memorato opere (libr.II.cap.2.) nec a Bocharto, ut colligere licet, inspecto, Aldretus „. Quem sane eruditi Hispani librum Sam.ipsum Bochartum, numquam vidisse, observat Jo. Clericus, *Bibliothéque Choisie*, Tom. V. art. v. pag. 389. seq. 393. seq. Vide Jo. Alb. Fabricii *Bibliographiam Antiquar.* cap. II. §. III.

(1) Strabo, *Rerum Geographic.* lib. III. edit. Amstelod. 1707. pag. 224. Quod imperium longe lateque diffusum, magnis, mercaturae gratia, susceptis navigationibus Phoenices obtinuisse, praesertim autem suis huc atque illuc deductis coloniis, Veteres tradiderunt. Confer eundem lib.I. III. & XVI. pag. 83. 265. & 1110. seq. = Herodotum lib. I. cap. I. initio = Diodorum Sicul. *Biblioth. Histor.* lib. V. cap. XII. XX. & XXXV. & edit.Wesselingii pag.339. 345. & 358. seq.=Scylacem Charyandens. in *Periplo*, inter *Geographiæ veteris scriptores Graecos minores*, Oxonii 1698. ab Jo.Hudsono editos pag.I.& Cl.editoris adnot. extre-

longisque navigationibus, tum coloniis pluribus longe lateque vagatos, patrias voces popu-

---

mi fere voluminis pag.8.:= Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπορία πολλὰ Καρχηδονίων. *Ultra Herculis columnas, quae sunt in Europa, multa sunt Carthaginiensium emporia*, ait Scylas, vetus certe scriptor, de cujus tamen vera aetate haud parum dissentiunt eruti viri, J. Alb. Fabricius, Henr. Dodwellus, Isaac. Vossius, Jac. Gronovius & alii. Qua de controversa re vide Theophili Christoph. Harles *Introduction. in Histor. linguae Graecae*, voce *Scylax*. Verum ad Phoenicum longas navigationes & colonias multas redeo, in quibus praesertim deducendis coloniis, occasionem sibi, quippe litterarum suarum & linguae maxime studiosis, ad easdem propagandas oblatam, avide amplectebantur. Adeundus quoque Pomponius Mela, *De situ Orbis* lib.I. cap.VII. XII. pag.8. & 14. edit. Etonensis 1761. in-4to. Quo postremo capite := *Phoenicen*, inquit, *illustravere Phoenices, solers hominum genus & ad belli pacisque munia eximium; literas & literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, classe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti*. Audiamus & C. Sallustium Crispum de Phoenicum gente haec habentem:= *Postea Phoenices, alii multitudinis domi minuendae gratia, imperii cupidine sollicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim aliasque urbes in ora maritima condidere*. Haec ille *de Bello Iugurthino*, edit. Lugd. Batav. 1665. cap. 19. pag. 231. seqq. Vide & cap. 78., tum Joh. Isaacii Pontani adnotat. in eund. pag. 324. seq. Alterum afferamus locum veteris sane, licet incertae aetatis, at elegantissimi scriptoris, Q. Curtii, *De Rebus gestis Alexandri Magni &c.* lib. IV. cap. IV. pag. 189. edit. Delphis & Lugd. Bat. 1724. ab Henr. Snakenburg. vulgatae, haec litteris prodentis := *Coloniae certe ejus* (Tyri) *pene orbe toto*

lorum illorum, ad quos commercii caussa potissimum divertissent, communi consuetudine non semel vitiasse, facile patiar.

---

diffusae sunt. Carthago in Africa, Boeotia Thebae, Gades ad Oceanum. Credo libero commeantes mari saepiusque adeundo ceteris incognitas terras elegisse sedes juventuti, qua tunc abundabant: seu quia crebris motibus terrae, nam hoc quoque traditur, domicilia armis sibimet quaerere cogebantur. Quo item revolvi video quae ex antiquioribus scriptoribus huc transferre possem. Recentioribus vero, iisque potissimum & sane multo numero, qui nostra fere memoria de Phoenicum coloniis atque eorum ad usque longe dissitas terras susceptis navigationibus egerunt, si recensendis immorarer, vix scribendi modum facerem. Eorum tamen paucos & quidem praecipuos heic indicare supervacaneum non arbitror futurum. Adeundi ergo Bernard. Aldrete in variis suis Antiquitatibus Hispanicis, superius indicatis, lib. II. cap. III. — V. pag. 246. seqq. = Thom. Reinesius in Ἱςορȣμένοις, cap. II. §. I. V. VI. seq. & XIII -- XV. cap. III. §. I. seqq. = & qui plenius magnaque doctrina atque eruditione rem persequitur, ipse Sam. Bochartus in *Phaleg.*, lib. III. cap. VI. pag. 189. seq. -- ejusdem *Praefat.* in *Chanaan*, & ibid. lib. I. cap. II. seqq. cap. XXIV. pag. mihi 367. seqq. 508. seqq. Adde *Histoire universelle . . . traduite de l'Anglois* Tom. II. lib. I. cap. VI. sect. II. pag. 76. — 78. & Tom. XI. lib. III. cap. XXXVII. sect. I. pag. 589. seqq. Praeter Thom. Hyde, Cll. quoque viros, Card. Norisium, Petr. Dan. Huetium, Isac. Newtonum, Steph. Fourmontium, Alexium Symmach. Mazochium, Nicol. Freretium, P. T. Gabr. Lancillotum-Castellum & alios, quos taceo, consulendos puto Christophor. Heindrech in eo libro, quem *Carthago, sive Carthaginensium Respublica* inscripsit lib. I. sect. I. cap. I. pag. 4. = seqq. Anton.

Digitized by Google

Atque distinguenda esse tempora, quibus Phoenicum sermo in quibusdam praesertim co-

Yvon. Goguet, *De l'origine des Loix, des Arts & des Sciences* &c.Tom.I. lib.IV. cap.II. art.I. pag. 281. seq. Tom.II. lib.IV. cap.II. pag.296. seqq. Tom. III. lib.IV. cap.II. pag.144.seqq. edit.I. Paris. in -- 4to = Stephan. Mignot, *Mémoires sur les Phéniciens : sur la navigation & le commerce de ce peuple*; Actor. Acad. Reg. Inscript. Paris. Tom. XLII pag. I. — 92. = Hieremiam a Bennettis, *Chronologiae & Criticae Histor. Sacrae & Profan.* Prolegom. II. part. I. Tom. III.§§. XII. XX. LXVI. seq. pag.23.41. seqq. 135. seqq. Neque omittendus Francisc. Perezius-Bayerius in egregiis suis *Numorum Hebraico-Samaritan. Vindiciis* cap.IV. pag. 121. seq. Vide & *Delle antiche Colonie venute in Napoli,ed i primi si furono i Fenici*; *Opera del Duca Michele Vargas Macciuca*, Neapoli 1764 in -- 4to. Vol. I. num.I. seqq. In quo illustrando argumento Cl. scriptor praeclare sane navavit operam.

Quibus autem aetatibus Phoenices, diu maris imperium nactos,varia in loca etiam maxime dissita colonias deduxerint, non satis constare arbitror. Rem licet ab vetustissimis usque susceptam temporibus, tam implicatam censeo, ut facile expediri non liceat. Quamquam, quod in *Disquisitionibus* nostris Gallice editis *super epocham Equitationis* part. II. pag.197. adnotavi, ejusmodi colonias ante Moysis & Josuae aetatem conditas nequaquam fuisse, doctissimos secutus Interpretes ibidem posui.

Quod si sunt qui ante Josuae aetatem ex Phoenice colonias in Africam emissas defenderint; sunt autem, ut intelligo, aliqui, quorum in numero pono Nicolaum Freretium, *Défense de la Chronologie*, &c. edit. Paris. 1758. in — 4to. Part. II. sect.II. pag. 272. & 273. Neque prorsus dissentientem quidem video ipsum Bochartum, *Praefat.* in *Chanaan* pag. mihi 3.,

loniis aliquam fuerit pristini sui & nativi, ut ita dicam, coloris jacturam passa; quem vel leviter

---

quod nihilosecius omnino affirmare non audet. At hi profecto conjecturis potius, quam ullo vetere monumento, cui omnis sit fides adhibenda, rem mihi conficere videntur.

Animadvertendum porro eo loci est, quoniam de profectionibus navalibus Phoenicum mentionem fecimus, eorum navigationes, saltem in mediterranei maris varia diversaque littora, quas paullo post Moysis aetatem ille idem Bochartus, loc. cit. pag. 2. statuisse, ego ipse loco indicato *Disquisitionum* nostrarum observavi, ad antiquiora tamen mihi videri revocandas esse tempora.

Atque illorum Chananaeorum suis præsertim ab ipso Josua pulsorum sedibus, aliasque ingenti numero quaerentium terras, caeterorum vero, uti Sidoniorum, quorum nomine tota Phoenices ora celebrabatur, quosque Israelitae id aetatis suo subigere imperio nequaquam valuerant; discrepans prorsus ratio est. Sidonios autem tam sero sese dedisse navigationibus, qui navali mercatura urbem jam celebrem, *amplam*, צידון רבה, sicuti *Sidon* vocatur, Josue, XI. 8. — XIX. 29., sive *potentem*, tunc temporis haberent, est illud creditu difficile. Quid, si longe antiquissima urbs Sidon fuerit, ut ex Geneseos XLIX. 13. colligi Interpretes non pauci & sane magni nominis existimant posse? Hanc autem urbem Chanaanis primogenitum SIDON aut condidisse, aut saltem liberos suos, vel posteros ejus nomine appellasse, & quidem multo ante Moysis tempora, ne dubitandi quidem locum dari equidem arbitror. Quae sane urbis appellationis origo quum una vera sit; incredibile videri existimarem, jam usque ab Moysis aetate eandem tantopere celebratam, maritimis navigationibus sese antea non commisisse. At haec de hocce argumento satis dicta sun-

in veterum linguarum historia variaque fortuna versatum lateat ? Alia certe fuit Phoenicum dialectus antiquorum Patriarcharum aetate & Hebraeorum ; alia vero Poenorum ipsorum longe multis insequutis post temporibus . Quum autem ad id aetatis me delapsum intelligam, qua Phoenicum coloni exteris, iisque paene barbaris immixti gentibus, suaeque originis quasi obliti, indigenarum vero & moribus & linguae assuescere coeperint, unam loquendi rationem illos usurpasse nequaquam mirarer, quae a Phoenicio-Hebraici sermonis prisca simplicitate ac puritate non declinasset modo, quiddamque peregrinum sonasset ; sed & in quamdam rusticitatem ac barbariem prolapsa videretur . Quod sane Poenorum Hipponensium,Hadrumetinorum, Leptitanorum, Carthaginiensium praesertim, quos Phoenicum colonos fuisse testata res est, quippe summa veterum consensione firmata (1),

to . Ex quibus vero quantum ipsae Phoenicum prope infinitae coloniae atque longinquae navigationes in eorum litteratura quaquaversum propaganda amplificandaque juvassent, dignosci valeat .

(1) Quos proxime superiori commemoravimus notatione, & veteres & recentes scriptores, qui de Phoenicum coloniis tractavere, Carthaginienses praeter ceteros multos populos, Phoeniciae gentis colonos fuisse apertissime ostendunt. Quare ne actum agamus, ad eosdem de hocce argumento remittimus auctores .

exemplo luculenter demonstratur. Illorum autem linguam ob maximam cum Africanis gentibus necessitudinem, quorum maritimas oras tenebant, a fonte suo, Augustini & Hieronymi aetate degenerasse, haud obscure declarant quae hi sanctissimi & clarissimi Patres de sermone Punico memoriae tradiderunt (1), quo iam tum iidem

(1) Vide Hieronymum, *Comentar. lib.* v. *in Jeremiam* cap.xxv. Oper. edit. Martianay Tom. III. col. 649. Atque eo loci sic habetur: =*Syrus & Sidon in Phoenicis littore principes civitates, quae & ipsae Babylonio veniente superatae sunt, quarum Carthago colonia, unde & Poeni sermone corrupto quasi Phoeni appellantur, quorum lingua Hebraeae linguae magna ex parte confinis est*. Quod quidem de sermone, aetate sua Poenis praesertim communi usu recepto, S.Doctorem, qui extremo saeculo IV. & ineunte V. floruit, asseruisse, etsi conjectura ductus ad suspicandum §. VI. pag. 42. posui; cur ab hac sententia desciscam, nihil video quod me moveat. Eoque omnino spectant quae ibidem scribit Hieronymus, *Commentar. in Isai.* lib. III. cap. VII. col. 71. & *Quaestion. in Genes.* voce חימם, Tom. II. col. 539., tum etiam in Prologo *Commentar. lib. II. in Epistol. ad Galatas*, quos ait *excepto sermone Graeco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem habere quam Treviros; nec referre si aliqua exinde corruperint; quum Aphri Phoenicum linguam nonnulla ex parte mutaverint, & ipsa Latinitas & regionibus quotidie mutatur & tempore*. Oper. Tom.IV. part.1. col.255.

Neque aliter sese explicat S. Augustinus in *Locutionib. de Genesi* lib. I. Oper. utriusque edit. & Benedictin. S. Mauri 1679. &c. & Venetae 1729. &c. Tom. III. part. I. col. 327. — *Quaestion. in Judices* lib. VII.

Digitized by Google

loquerentur populi. Quorum tamen doctissimorum Patrum testimonia si paullulum expenda-

quaest. XVI. ibid. col. 599. — *Tractat.* XV. *in Joan.* cap. IV. 25. ibid. part. II. col. 416. — *Contra litteras Petiliani* lib.II. cap. CIV. Tom.IX. col. 292. *Interrogati rustici*, inquit ille alio loco, *quid sint*, *Punice respondentes* CHANANI, *corrupta scilicet*, *sicut in talibus solet*, *una littera*, *quid aliud respondent quam* CHANANAEI? Haec S. Doctor, *Exposition. inchoata Epistol. ad Roman.* Tom. III. part.II. col.932. Rectissime sane dixit S. Augustinus vocem כנעני *Chanani* rusticos Poenos corrupte extulisse, multitudinis scilicet Hebraica terminatione elisa. Nam multo accuratius plurali numero כנענים, CHANANIM, seu *Chenàanim* pronunciassent, ut Chananaeorum sese appellatione vocarent. Tò כנעני autem, *Chenàani* nempe,uti Massorethae legendum volunt, quum idem audiat atque *Chananaeum*; quocumque efferatur modo, vel *Chanani* & *Chenàani*, vel *Chananim* & *Chenàanim*, purum putum tamen Hebraeum resonat vocabulum. Quod autem doctissimus Pater rusticos Poenos eandem vocem minus recte protulisse scriptum reliquerit, non erat cur in reprehensionem veniret & Samuel. Bocharti, *Chanaan* lib. I. cap.XXIV. pag. 510., & Thomae Hyde, *Not. ad Abrahami Peritsol* אורחות עולם, *Itinera Mundi*, cap. VI., & Christian. Wormii, *De corruptis antiquitt. Hebr. apud Tacitum & Martialem vestigiis* lib. II. cap. XVI. num.VI., atque aliorum. Profecto haud nesciebat S. Doctor, quae vera foret ejusdem vocis Punica pronunciatio; is ipse, qui non Africanarum rerum modo, sed etiam Punici sermonis certe peritus erat. In Hebraica quidem lingua sese nihil minus quam exercitatum fatetur, *Confession.* lib. XI. cap. III. & duabus in epistolis, una ad *Ianuarium*, ad *Memorium* altera, num.55.& 101., alias 119. & 131. Oper. Tom.I. col.197. II. col.128.& 272.

mus; Poenos tunc temporis propter usum sibimet ipsis, uti modo aiebam, & consuetudinem cum barbaris indigenis, propriam linguam haud parum depravasse intelligemus quidem; at eo usque hanc Phoenicum dialectus corruptionem solum devenisse, ut magnam cum matrice lingua sua Hebraea Punicum ipsum idioma affinitatem etiam servaret atque coniunctionem.

Verum Augustinus, ut erat Hebraicae scriptionis, a Punica id aetatis quam maxime discrepantis, legendae difficultate absterritus, quamvis ita institutus esset, ut Hebraicam linguam nescire sese existimaret; attamen in Hebraicis evolvendis voluminibus, si vires animumque suum expertus fuisset, quemadmodum Bocharto apposite animadversum est loc. cit. lib. II. cap. I. pag. 781., quantum in iisdem intelligendis ille ipse versatus esset, per se facile cognovisset. Etenim Punicae dialectus apprime gnarus, re quidem magna ex parte sciebat, quae sese ignorare fatebatur. " Sic quisque, ait „ Bochartus cit. loco, Hebraeae linguae cognitionem „ adeptus est, inde ad Syram accedens, aut Chaldaicam, miratur se jam esse doctum, antequam didicerit, & — *Nota fertur regione viarum* „.

Quanta porro consociatione dialectus eadem ipsa Punica cum Hebraico sermone conjuncta fuerit, doctissimum Augustinum nequaquam ignorasse, paullo ante indicata ejusdem loca, sed brevitatis ergo a nobis praetermissa, egregie ostendunt. Quamquam Poenorum idioma in Africanis plagis tunc temporis usurpatum, ad priscae Phoenicum linguae atque Hebraismi integritatem minus accesserit, quippe quod externis & barbaris foedatum vocabulis, Afri praesertim sermonis permixtione haud parum vitiatum, labes suas jam tum contraxisse certissimum est.

Quoniam vero Augustini, in primis autem Hieronymi de Punica eadem dialecto testimonia, quae in subiecta adnotatione consulto expressimus, eodem prorsus recidunt; nemo ullus, nisi tantum apud eum praejudicata valeat opinio, ut veritatis ne minimum quidem rationem habeat, quid sibi illis verbis sancti Doctores voluerint, non animadvertet. Quae res quum per sese pateat, idque de Hieronymo ipso iam ostensum supra sit (1); ad caetera scriptorum veterum, quae esse item sibi subsidio posse existimat Cl. vir Antiquarius Vindobonensis, testimonia ut nunc veniamus exponenda, est necessum. De iis namque me suo loco dicturum (2) promisi. Illuc igitur redeamus.

Principio sit Sallustii de Leptitanis locus, ita scribentis: = *Eius civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum* (3). Assentior equidem. Quid ergo? quia Leptitani Numidis permixti

(1) §. VI. pag. 41.

(2) Ibid. not. 3.) pag. 31.

(3) De *Bello jugurthino*, apud Cl. Eckhel, (*Doctrina Numorum Veter.* part. I. vol. III. pag. 400.) cap. LXXVII.; editionis vero Hackianae Lugd. Batav. 1665., qua ipse utor, cap. LXXVIII. pag. 328. Sigeberti autem Havercampi, Amstelodam. 1742. cap. LXXX. pag. 268. Cl. Francisci Perezii-Bayerii *Notas al Jugurta*, egregiae editionis Matritensis 1772. versione auctae Hispanica pag. 326. — & *Del Alfabeto y lengua de los Fenices*, ad eadem Sallustii illustranda verba, ibid. pag. 337.

connubiis, a nativa sua Phoenicia lingua, Sallustii aetate, degeneres, etsi, quod idem scriptor eod. loc. tradit, *legum cultusque pleraque Sidoniorum* retinerent, ad numidicam sese accommodassent, cuius sane rei in veteri historia non desunt exempla; (1) annon ex hoc uno Sallustii testimonio in caeteris Phoenicum coloniis idem vetustioribus temporibus quoque accidisse defendemus? Quam vellem illud comprobasset Cl. Vindobonensis Antiquarius, & quidem secus atque inscripta demonstrant monumenta! Ea ergo ipse vir eximius heic sumit ad concludendum, quibus concessis, nihilo secius effici quod contendit, nullo modo potest. At Virgilius,

(1) Quod ut commonstrem, huc transferre placet, quae in hunc eundem Sallustii locum edit. Havercampi Tom.I. pag. 268. animadvertit Ch. Ad. Rupertus " Nihil frequentius ingeritur ab auctoribus, quam mutatis sedibus mutari & mores; imo omnia usque ad oblivionem & linguae & originis. Unde tanquam monstrum, quod de Graecis, proxima Italici maris littora occupantibus, Justinus lib.xx. cap.1. Denique multae urbes adhuc post tantam vetustatem vestigia Graeci moris ostentant. At contra Curtius de urbibus sex conditis ab Alexandro, circa Marginiam, inquit lib. VII. *Haec omnia sita sunt in editis collibus, tum velut freni domitarum Gentium*: *nunc originis suae oblita, serviunt quibus imperant*. Eodemque loco de Brunchidis, qui iussu Xerxis Mileto quondam transierant: *Mores patrii nondum exoleverant*: *sed jam bilingues erant, paulatim a domestico externoque sermone degeneres* ". Haec ille.

inquit ille, Poenos *Tyrios bilingues* canit (1). Sit ita. Quid illud quoque erit? Mihi certe in iisdem Poetae Mantuani verbis, quocumque de-

---

(1) *Aeneidos* lib. I. vers. 665., editionis vero utriusque Petri Burmanni, Amstelodami.1746. Tom.II. pag.166. vers.661. Qui versus ita se habet: =

Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. Quem Virgilii locum sic exponit Servius, ut τὸ *Tyrios bilingues*, per fallaces interpretetur. Nec enim, inquit, ad linguam id retulit, sed ad mentem. Qua re animadversa, haec subjungit Petrus Burmannus, adnot. in eund.loc.edit. ante cit.Amstelodam.Tom.II. pag.166. " Item apud Livium lib.xxi. 4. de Annibale: *Inhumana crudelitas, perfidia plusquam punica, veri nihil, nihil sancti, nullius Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio* ". Proverbio enim fuit *Punica fides*; sicuti ab Carolo Ruaeo in eund. Virgilii locum observatum est, & Veteres saepe adnotarunt, ut Plautus, *Prolog. in Poenul.* vers. 112. 113., Sallustius de *Bello Jugurth*, cap.cviii. pag.371.372. & alii.

Hujus est simile, quod etiam recitat Plautus in *Poenulo* Act. II. Scen. v. vers. 72 — 74.; ubi Milphionem Hannoni Carthaginiensi respondentem sic inducit: =

At Hercle te hominem & sycophantem, & subdolum,
Qui huc advenisti nos captatum migdilybs,
Bisulcilinguae, quasi proserpens bestia.

Migdilybs autem est quasi mixtus Libys partim Tyrius, partim Afer, seu mixto genere ortus, quales tunc erant Carthaginienses. Atqui ejusmodi bilingues, vel utriusque gentis utentes lingua, infideles & veteratores improbique olim habebantur. Quare Hannonem utpote bilinguem Plautus dicit esse *bifulca lingua, quasi proserpentem bestiam*, uti adnotat. Adrian. Turnebus ibid. edit. Amstelod. 1684.pag.266. seq. Confer. Sam. Bochart. in *Chanaan* lib.II. cap.vi. pag.800.

mum modo accipiantur, nihil videtur consequens esse, quod Cl. viro Eckhel Phoeniciam linguam in coloniis tantopere depravatam contendenti, quicquam suffragetur. Summum inde fiet, Liby-Phoenices, sive Poenos Carthaginienses utraque & Libyca & Phoenicia usos fuisse lingua. Id vero tantum abest, ut Cl. Antiquario faveat, nobis autem adversetur; ut nostram potius confirmet sententiam. Quo etiam revolvetur quod ex Plauto Hannonem Poenum *Migdilybem* dicente, opponit doctissimus vir. Quamquam & illa Virgilii ac Plauti loca ad infidelitatis fallaciaeque vitium, cujus gens Punica vulgo insimulabatur, esse referenda, sunt eruditi (1) qui censeant. At de hisce veterum testimoniis hactenus.

Atque id genus linguae insigne specimen scriptum reliquit Plautus in *Poenulo* (2), quo Hannonem Carthaginiensem Punice loquentem inducit Poeta lepidissimus. In quo sane nobilissimo fragmento Punice multa proferente, magis minusve illustrando atque ornando versati sunt

(1) Vide quae proxime antecedit, adnotationem.

(2) loc. cit. *Poenuli* Act.v. Scen.I.vers.I. — 16. Scen.II. vers.35. 38. 41. 42. 46. 50. 53. 57. 63. 67. — Scen.III. vers.11. 22. 23. 33. edit. indicatae Amstelodamensis.

Hugo Grotius (1), Ioannes Seldenus (2), Claudius Salmasius (3), Thomas Reine-

(1) Epistola ad Salmasium, quae est CXIII. *ad Gallos* edit. Lipsiens 1674. pag. 203. 205. *Epistolarum* ejusd. Grotii edit. Amstelod. 1687. num. 258. pag. 87. - confer. eund. Grotium, *De veritat. Relig. Christ.* lib. I. §. XV. edit. Amstelod. 1669. not. I. pag. 29. De quibus Plautinis Punicis ab Joseph. Scaligero emendandis, vide Henr. Kipping. *De lingua primaeva* §. III., in Thom. Crenii *Analectis Philolog.* pag. 314. = Ejusd. Scaligeri *Notas in veterum Graecorum Fragmenta selecta* pag. 30. & 32.; tum ejusdem ad Stephan. Ubertum epistolam, num. 362.; *Epistolarum* edit. Lugd. Batav. 1627. pag. 700 – 702.; quamque recusam dedit Jo. Henr. Majus fil. in extremo suo *Specimine linguae Punicae*; qua epistola ipse Scaliger fata linguae Punicae breviter exponit. Hanc tamen linguam Plauti tempore, ab Hebraismo descivisse quidem, ut ex Poenulo patet; at eiusdem Poenuli dialectum ab puritate Hebraici sermonis parum abesse, ibidem defendit. Confer extremum Vol. XV. *Thesaur. Antiquit. & Histor. Siciliae* Petr. Burmanni col. 488. seqq. Ubi Thom. Reinesius Scaligeri de Poenuli eadem lingua ab Hebraica parum deflectente sententiam contra Casparum Barthium tuendam suscipit; Samuelis vero Petiti in Plautinis Punicis eorumque ex Hebraismo veris lectionibus eruendis exponendisque singularem quam maxime probat industriam.

(2) *De Diis Syris* Prolegom. cap. II. pag. 17. seq. = Confer. Andr. Beyeri *Additamenta* ad ejusd. Selden. locum cit.; Blas. Ugolini *Thesaur. Antiquitt. Sacr.* Tom. XXIII. col. 247. seq.

(3) Epistola ad Hugon. Grotium, quae exstat cum ejusd. Grotii *Epistolis ad Gallos* edit. ante cit. Lipsiens. pag. 435. seqq.; *Epistolar.* ejusd. Salmasii lib. I. num. XVIII. edit. Lugdun. Batav. 1656. pag. 39.

sius (1), Brian-Waltonus (2), Val. Ern. Loescherus (3), Bonifac. Finettus (4), aliique (5),

(1) in Ἱστορημένοις *de lingua Punica* cap. XII. §. I. — III. XII. XV. — XVII.; *Syntagmatis Dissertation. ex Museo I. G. Graevii* pag. 49. seqq. confer. ejusd. epistol. ad Vitum Wolfrum, ibid. pag. 76. seq. & 79. seq.

(2) in *Apparatu ad Biblia Polyglotta*, Prolegomen. III. §. 17. — 19.

(3) *De causis linguae Ebraeae* lib. I. cap. III. §. XI pag. 30. — 32.

(4) Confer ejusdem *Trattato della lingua Ebraica, e sue affini*, Sect. VI. §. I. seqq. pag. 124. — 139.

(5) Vide Augustum Ernestum in *Ioan. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina*, ab se *rectius digesta & aucta*, edit. Lipsiens. 1773. Tom. I. pag. II. seq. = Andr. Beyerum *Additament. ad Cap. II. Prolegomen. Jo. Seldeni de Diis Syris.*, Blas. Ugolini *Thesaur. Antiquit. sacr.* Tom. XXIII. col. 247. seq.

Quos hactenus recensui, docti viri, qui Punica Plautina exponenda existimarint, pauca admodum de iisdem attigerunt. Praeter namque primum Act. V. Scen. I. versum & aliquot vers. 3. & 6. vocabula, nihil aliud protulit Hugo Grotius. Seldenus vero & Salmasius in uno eodemque versu primo ex Hebraismo interpretando propemodum continent sese. Quae autem Reinesius de hac Poenuli Scena exposuit, si unam, aut alteram Punicam vocem excipias, eodem recidunt. Quamobrem caeteris Plauti Punicis ex eorumdem eruditorum hominum observationibus quae affulgere lux quaeat, non est quod speremus. Neque majora protulerunt Waltonus, Loescherus & Finettus. Si qui denique sunt, quibus haec ipsa Punica aliquo in lumine collocata debeantur, in eorum numero erunt profecto ponendi Samuel Petitus, Philipp. Pareus, Bochartus, Dorhoutius aliique pauci, quorum lucubrationes Punicis iisdem illustrandis conducere

quos, ne longus sim, praetereo. At enim hi, quamvis eruditissimi, in Plautinae tamen fabulae vocabulis eruendis Punicis, exiguis sese admodum circumscripsere finibus. Quos vero scimus in id studii majorem intendisse curam, & quorum opera & doctrina ad intelligentiam verborum nobis panduntur viae Plautino-Punicorum, nominandi sunt & Samuel Petitus (1), qui

posse intellexi; has autem, uti instituta nostra postulat poscitque ratio, sequentibus adnotationibus recensere diligenter curabo.

(1) *Miscellaneorum* lib. II., ubi cap. I. II. & III. Punica singula Act.v. Scen. I. II. & III.exponunturatque non indocte illustrantur pag. 58. — 88.; quamvis non me lateat, etiam fuisse eruditos, quibus Cl. Petiti non multum probaretur lucubratio. Atque adeo eadem sese Claud. Salmasio in primis parum probavit, observante Daniel. Georg. Morhofio, *Polyhistor. literar.* Tom. I. libr. IV. cap. V. pag. 771., ut in sua paullo ante indicata ad Hugon. Grotium epistola, Samuel. Petitum, quem, nescio quo ille & Grotius in eum affecti animo EXIGUUM appellant, vel Pluto coeciorem in plerisque Plautinis Punicis exponendis deprehendisse, scripserit. Neque Hugo ipse Grotius aliter judicarat in alteris ad eundem Salmasium datis litteris, quarum mentionem quoque superius feci. De quibus duobus epistolis ad ipsius Petiti Plautinam expositionem pertinentibus, confer quoque Paulum Colomesium in *Gallia Orientali*, Operum editionis Hamburgens. 1709. ab J. Alb. Fabricio curatae pag. 172. seq.

Ego autem non is quidem sum, qui Punica Plautina ab ipso Samuele Petito explicata tanti faciam,ut nihil in iis reprehendendum putem. At quoniam eadem

eruditionis non vulgaris laude ea interpretatus est, & Ioh. Philippus Pareus in Plauto suo illustrando (1) dignus sane, qui doctorum

---

Punica, Latinis descripta litteris, quemadmodum in editis sese habent Plauti Comoediis, haud facile profecto est, ob peccata librariorum ita resarcire, ut quae una vera illorum fuerit lectio, sine ulla dubitatione assequamur; de Plauti ab erudito Petito data expositione, eaque in universum considerata, benignius judicium facerem.

Atqui, quod semel & iterum Petitus ipse erraverit, non equidem dissentio; & quo minus dissentiam, facit ipsa Punicorum Plauti consideratio. Horum autem interpretatio quum non alia quaerenda videatur, nisi ab iis, quae Plautus Latine, etsi non ad verbum, sed libere reddidit; idcirco, quo magis Punicorum versuum explanatio ab Plautinis Latinis recesserit, eo major suspicandi dabitur locus, Punicorum interpretem eorum intelligentiam, sensumque vix ac ne vix quidem attigisse. Verumtamen hoc dicere me posse mihi videor, ipsa illa sua Plautino-Punica tractatione, cujus loc. ante cit.*Miscellaneorum*, rationem affert Petitus; illud sese fuisse consecutum, ut illis, quibus nostra patrumque memoria suam hoc in genere interpretandi industriam locare studium fuit, ad Plautino-Punica minori negotio intelligenda viam aliquo modo pararit. Quo beneficio promeritus est, sibi ut debeamus.

(1) Qui adeundus in sua *Plauti Comoediarum* edit. Neapolis Nemetum, sive Spirae, 1619. in — 4to Tom.I. pag.553 — 556. & 559. Ab eruditis certe majorem gratiam Pareus iniisset, si Plautina quaeque Punica Hebraicis, uti Sam. Petitus fecit, descripta litteris, ad linguae vel Hebraeae, vel Syro-Chaldaicae analogiam revocasset, eorumque anomalias diligen-

eorumdem hominum numero accenseatur. Nominabo quoque Samuelem Bochartum (1),

ter notasset. Vide tamen quae hac de re, sed paucis observavit in illa sola, quam ad manus habeo, Spirensi editione. Adi sis Joan. Petr. Mullerum varias Jo. Seldeni, Thomae Reinesii, Sam. Petiti, ipsius Parei (ex ejusd. sua Plauti edit. tertia. Francofurtensi 1641. in — 8vo) & Samuelis Bocharti interpretationes vocum, quae a Plauto Punice dicuntur, exhibentem in earumdem Comoediarum editione, quam Berolini an. 1754. & 1755. in — 8vo. vulgavit, Tom. III. pag.6. — 10. Hanc porro Samuelis Petiti & ipsius Parei explanationem cum unà confero, utramque paucis vel exceptis, vel immutatis, tam sibi esse similem video, ut hunc ab altero suam deprompsisse haud scio, an bene áffirmarem.

(1) *Chanaan* lib.II.cap.VI.pag.800.seqq.Qui doctus vir in ea versatur sententia ex versibus XVI.,quos Poenulus Act.V. Sc.I.comprehendit, decem priores esse Punicos, sex posteriores vero Libycos,& in utrisque eadem haberi, quae in Latinis undecim, quibus Scenam Poeta claudit. Punice nimirum, subiungit ille, & Libyce loquens Hanno Poenus inducitur, quia utrumque idioma Poenis erat in usu. Unde est quod vocabantur *Bilingues*, *Migdilybes* & *Bisulcilinguae*, quas quidem appellationes Silii Italici, Claudianii ipsiusque Plauti testimoniis, uti pag.253. not. 1. animadverti, Bochartus confirmat. Oleum vero & operam eos perdere persuasum sibi habet, qui Poenuli versus eosdem sex postremos ex Hebraea lingua explicare conantur.

Atque in hisce decem exponendis Punicis versibus hanc secutus rationem Bochartus est, ut primum eosdem prout corrupte scribuntur in Plauti editionibus, deinde distinctius ac mendis aliquot crassioribus repurgatos, tum demum ad Hebraeam, aut

quem virum! & multiplici rerum cognitione instructum & Hebraicis praesertim aliisque Orien-

Syram formam, quantum licuit, Latinis vero exaratos litteris exhibeat. Quibus positis, praemissa quoque horum versuum Latina liberiori, qualis in Plauto exstat, qui Bocharto ipso Judice, de verbis parum sollicitus, satis habuit sensum explanare; doctus vir suam aggreditur expositionem. Hanc cum Latina Plauti deinceps collatam, ex Hebraismo partim, partim ex Syra lingua illustrandam confirmandamque suscipit. Mitto pauca Punica vocabula ejusdem Actus Scenae secundae, quae ibid. pag.804. seq. Bochartus explicat. In his autem & singulis Scenae primae ex Hebraeo & Syro sermone exponendis Punicis vocibus, nulla non eruditione, tantaque linguarum in primis peritia, uti semper solet, rem suam exsequitur, ut ad Plautina Punica rursum interpretanda si quis unquam accedere audeat, non alium quam eumdem doctissimum virum tanquam exemplar proponerem ad imitandum. Etsi in iisdem Punicis eruendis, plus suis Bochartum aliquando dedisse conjecturis, quam res ipsa postulare videretur, non negarem; quod argumenti obscuritati tribuendum puto. In hac tamen sua interpretandi ratione hisce ille Hebraici praesertim sermonis instructus subsidiis, ad ejus generis Punicorum intelligentiam aditus sibi fecit, eoque apertiores, quod iis neglectis, quae via alia sit ad eadem Punica assequenda, non equidem video. Quae namque potest esse Plautino-Punicorum explanandorum ratio, si Hebraicus sermo, qui ad ea percipienda potissimum conferat, ita excluditur, ut uno solo Aramaeae, sive Syro-Chaldaeae linguae usu ac praesidio eadem exponere velimus? Quo in negotio suscipiendo non satis sibi cavit paullo post indicandus Georg.Henr.Sappuhnius. Quocirca in Plautinis resolvendis vocibus Punicis multum valuit, ac semper

tis apprime doctum litteris. Si qui denique sunt, qui vel hoc, vel praeterito saeculo in Plautino-Punicae scientiae possessione pedem posuerint, hos fuisse intelligo Johan. Clericum, Georg. Henric. Sappuhnium, Johan. Petrum Francisc. Agium de Soldanis, tum Ambrosium Dorhoutium & Cl. virum Carolum Vallancey. Ac de eruditis iisdem viris, ne nimio longiori heic utar oratione, ad imas paginas (1) remittenda duco

valebit non Aramaea modo, sed & ejus cum Hebraea lingua conjunctio. Hanc igitur conjunctionem intelligat oportet qui ad id studii animum appellere instituit. Quamquam & illud arbitror animadvertendum, Plauti ipsius aetate Punicam Carthaginiensem dialectum suos peculiares habuisse idiotismos, qui ab priscae Phoeniciae linguae analogia plus minusve illam averterent. Cujus rei eadem ipsa vocabula Punica ab eruditis exposita, tametsi eorum alter ab altero in sua saepissime discrepet translatione, exempla prodere videntur.

(1) Principio quidem, quod Johan. Clericum spectat, confer ejus *Dissertationem Criticam de Poesi Hebraeorum* §.7., ad extremum ejusd. *Commentar.* in *Prophetas* Tomum V. edit. Amstelodamens. 1737. pag. 626. seq. = & *Bibliothèque Universelle*, Tom. IX. art. VIII. pag. 251 — 256. Eo autem loci suae Bibliothecae Plautina Punica Hebraicis quoque expressa characteribus Gallice fecit, quae in allata dissertatione Latine converterat, partim Plauti ipsius, partim Bocharti potius quam verba Phoenicia, sive Punica Latinis scripta litteris secutus. Clerici vero utraque interpretatio & Latina & Gallica eo revolvitur, ut a Bocharti lectione in universum haud multum decli-

quae habeam dicenda. Atqui docti iidem homines, quos postremo loco in primis commemo-

---

nare videatur. Caeteroquin illud hac in sua explanatione habet singulare, quod hosce Punicos versus nobis esse documento opinetur ipsius indolis Phoeniciae Poeseos; cujus ratio, ejus sententia, ea erat, quemadmodum apud Hebraeos, ut singuli versiculi litteris similiter desinentibus constarent. Qua conjectura ductus singulas lineas Phoenicias Latinis Characteribus apud Plautum expressas, versus duos continere existimat; qui ideo juncti esse videntur, quia uno versu Latino duos Phoenicios reddidit; ita ut pro undecim Plautinis viginti & duo Phoenicii fuerint, quorum hodie viginti tantum supersunt, una linea duorum versuum, uti ipse arbitratur, deperdita. Hanc autem lacunam, Clericus versum Plauti convertens, duobus versibus simili modo desinensibus explendam censuit.

Atque hujusce Phoenicii carminis, Clerico judice, ab ipsa veterum Hebraeorum Poesi, quam Cl.Robert. Lowth in suis *Praelectionibus Oxoniensibus*, de eodem argumento habitis, doctissime pertractavit, haud dissimilis, ut modus dignoscatur; Punicae Scenae versus quatuor priores, quales Clericus & Hebraicis & Latinis litteris descripsit, heic recitare juvat: =

נא את עליונים ועליונות
שכורת יסמכון זות
כי נתם מלכי
ומתדברי עשקי

Na eth eljonim veljonoth
Schecoreth jismchoun zoth
Chi nittham milchi
Oumithdabbre iski.

Hoc est, eodem interprete: =

Oro Deos Deasque,

Digitized by Google

ravi, in Punico-Plautino interpretando fragmento, eoque sane non temere spernendo, im-

---

Qui hanc regionem protegunt,
Ut consilium meum succedat,
Ut negotium meum dirigant.

En vero quid Plauti Latina ferant : =

Deos Deasque veneror, qui hanc urbem colunt,
Ut, quod de mea re huc veni, rite venerim.

Quae Poetae verba cum Johannis Clerici versione si conferantur; verendum, ne sint, quibus ejus interpretatio ab Plauti sententia aberrare videatur. At hi si animadvertant, Hannonem Carthaginiensem, hac in Scena Punice loquentem, Plautum non ad verbum, sed liberiori sensu Latine reddidisse; id ipsum fortasse Clerico, hoc in genere interpretandi, Bocharti insistenti vestigiis, non vitio dandum arbitrabuntur, qui eodem fere modo, ac ipse Bochartus, haec Plautina Punica & legerit & transtulerit. Bochartus namque priores eosdem versus litteris sic tradidit atque est interpretatus : =

נא את עליונים ועליונות שכורת יסמכון זות :
כי מלכי יתמו : מצליח מדבריהם עסקי :

Na eth elionim veeljonoth Sechorath Jismecun zoth,
Chi melachai Jitthemu matslia middabarehem iski.
i.e. *Rogo Deos & deas, qui hanc regionem tuentur,*
Ut consilia mea compleantur; prosperum sit ex ductu eorum negotium meum.

Clericus ut ad rythmum Phoenicium, quem Seldenus in Plauti Punicis deprehendere sibi quoque visus fuerat, suam aptaret lectionem atque accommodaret, a Bocharti scripturae & ratione & expositione in aliquot aliis versiculis recedendum ratus est. Quibus singulis expendendis non immorabor, ne bonas horas, quae ad alia necessario me vocant, conterendas videar.

Qui vero hisce in litteris versati atque exercita-

pari tamen exitu varioque successu, nihil intentatum reliquerunt. Quorum ego etsi indu-

---

ti sunt, Johannem Clericum a Bocharti expositione sibi exemplum sumentem, plura ejusdem Scenae Plautina Punica ex Syro-Chaldaea quoque illustrasse dialecto cognoscent. In quorum tamen Punicorum quarti versus, locis citatis a Clerico descripti, extremum vocabulum loco τȣ̃ עסק *negotium meum*, uti recte posuerat Bochartus, typographico mendo τὸ עשקי irrepsisse, aperta res est. Nam τὸ Hebr. עשק aliud atque aliud plane significat, nempe *oppressit*, *defraudavit*, *vim intulit*, *criminatus est* &c., inde *oppressor*, *defraudator*, *fraus* & *oppressio* &c. Neque Syris atque Chaldaeis ignota est eadem verbo subjecta notio. Alterum vero עסק, Chaldaeorum proprium, idem valet ac *vacavit*, *operam navavit*, *studuit* &c., hincque apud eosdem τὸ עסק, *emphatice* עסקא *rem*, *negotium* sonat; quamquam latiori sensu ab iisdem quoque accipiatur, & Syri eadem ratione ipsum usurpent. Sed haec parva sunt. Atque ego fortasse culpandus, quod tam apertum mendum tam multis verbis insecter.

Caeterum non possum quin maxime mirer, quid Cl. Bochartum, hominem magna hoc in genere doctrina & acri judicio praeditum, quem eo loci sequitur doctus Clericus, moverit, ut τȣ̃ כורת *Corath* verbum deducens a Graeco χώρα, lectioni τȣ̃ קרת *Kareth*, seu *Kereth*, quod *urbem*, *civitatem* proprie significat, Proverb. VIII. 3. — IX. 3. Job. XXIX. 7. anteferendum putarit. Quasi Poeni Carthaginienses a Graecis ipsis vocem כורת, aut כורא mutuati fuissent, hancque ea significatione usurpassent, qua *regionem* indicarent. Quod profecto quantum ab omni similitudine sit alienum veri, quis non percipiat? Quia vero in hujusmodi Punicis vocabulis illustrandis non alia

striam plane singularem magnopere miror, haud moleste feras, Cardinalis amplissime

---

eorum, ut supra dicebam, quaerenda explanatio est, quam ab ipsa, quamvis liberiori, Plauti Latina interpretatione; quid obstat, quo minus hoc primo versu τὸ קרת teneamus, Chaldaeis quoque longo usu receptum, unde Carthago ipsa nominis sui desumpsit appellationem? Nam קרתא הדתא *Kartha-Hhadtha*, i. e. *urbs nova*, Carthaginis nomen fuit, sicut notissimum est, & Bochartus in primis demonstravit. Qua quidem admissa lectione, quae una sola admittenda est, ea sententia continetur, quam in versu primo expressit Plautus. Quacum ut Punica bene congruant, ea legenda mihi viderentur nempe: =

נא את עליונים ועליונות שקרת הזות מקום אית :

i. e. *Obsecro Superos Superasque, quibus civitas ista habitatio est*. Quae ad verbum sic reddita, id ipsum sonat, quod Plautus habet: = *Deos Deasque veneror, qui hanc urbem colunt*. Τῶ נא quidem verbi, *obsecro, quaeso, oro, rogo*, seu particulae obsecrantis & deprecantis, nullum in sacris Hebraicis libris sese offert exemplum, quod cum τῶ את, quarti casus nota, unquam construatur. Peculiari tamen idiotismo eandem vocem Poenos Carthaginienses usurpasse, facile ducerer ad opinandum. Eo autem pacto hac in lectione, quae maximam partem fuit Salmasii, si τῶ נא anomaliam demas & τὸ Chald. אית, *est*, Syr. ܐܝܬ, loco τῶ ית, uti minus apte legit Salmasius, nihil esset, quod ad Hebraismum non revocaretur. At haec cesso persequi, ut ad caeteros, quos mihi supersunt commemorandi, scriptores descendam.

Quem vero post Joh. Clericum ad Plautina Punica sese admovisse video, Georg. Henric. Sappuhnius est in sua *Commentat. Philologica, qua linguae Carchedonicae reliquia ab Accio Plauto, Act. V. Scen. I. & II., Poenul. adservata explicatur, & ad dialectum*

Stephane Borgia, qui haec nostra legere, qualiacumque ea sunt, non dedignare; si de eo-

Aramaeam refertur. Lipsiae 1713. in 8vo. Cujus brevem recensionem vide in *Supplement. Actor. erudit. Lipsiens.* Tom. V. sect. IX. pag. 421. seq. Confer. Jo. Henr. Maji ad Zachar. Conrad.ab Uffenbach epistolam; *Musei Helvetici* vol.VI. particul.XXIV. pag. 562. = *Commercii epistolaris Uffenbachiani Selecta variis observationibus illustrata* ab Jo.Georg.Schelhornio, Ulmae & Memingae 1753. part.I. pag.155.seq. & 159. Ubi Henricus Majus, qui magna cum laude Punicam litteraturam tractavit, in illam Sappuhnii commentationem, quantumvis eruditam, digitum intendens, nihil minus quam honorifice eam celebrat. Vide & ejus *Specimen linguae Punicae* §.XIII.pag.18.Quo loco ipsam eamdem in Plauti Punica commentationem *perexiguae, imo nullius frugis, invitis plorantibusque Musis editam* dicit. *Ego sane*, subjungit ille, *numquam vidi litteras magis illiteratas*. Quae tamen vereor, ne Henr. Majus nimia in docti Sappuhnii tractationem censoria severitate scripserit.

Sed nunc veniamus ad Cl.Johan. Petr. Agium de Soldanis. Is enim suo *Annone Cartaginese*, cujus supra pag. 196. mentionem injeci, ab Punico-Melitensis dialecti studiosis non mediocrem inivit gratiam. Quo adnotationis nostrae loco illud observabamus, perplura in hodierna Melitensium lingua superesse vocabula, quae ad veterem dialectum spectant Phoenicio-Poenorum. Quod Cl.vir Agius de Soldanis jam multis evicerat in altero suo libro duabus comprehenso dissertationibus, quarum altera de linguae Punicae Melitensis origine, altera vero de ejus utilitatibus agit,eoque inscripto: = *Della lingua presentemente usata da Maltesi* &c.*Roma* 1750.Confer ejusdem *Nuova scuola di Grammatica per agevolmente apprendere la lingua Punica Maltese*; iisdem typis & anno,

rum ad hanc spartam navandam conatibus quid ego sentirem, libere ac ingenue declararim. Quem

in — 8vo. Qua postrema tractatione, lexici Punici specimine argumentum suum praeclare illustrat pag. 118 — 184. Et quoniam id sibi persuasum fuit Melitensem eamdem dialectum ad Punica Plautina exponenda plurimum posse, quemadmodum in erudita dissertatione, suo *Annone Cartaginese* praefixa, pluribus rem comprobare adnititur; idcirco omne suum in eodem Hannone adhibet studium, ut Poenuli Punica Act. I. Scen. v. ex Melitensi dialecto interpretur. Multa sane ingeniose adducit Cl. Agius, eaque non sine labore, quae si ad probandum sint comparata, in nulla Plautino-Punicorum ab doctissimis hominibus hactenus tentata expositione amplius nobis ne minimum quidem confidendum foret. Verum, ut ad Melitensem dialectum Punica quaeque vocabula Cl. Auctor revocet, tam multa in ipsa Plautina vulgo recepta scriptione pro ingenii & eruditionis suae modulo immutat, ut editarum lectionum vestigia vix premere, sequi autem ne vix quidem videatur. Ab Plauti praeterea Latina Punicorum versione eruditus Agius nimium quantum discrepat, nescio quid immensum. Hujusce autem Punicae rei legendae exponendaeque a Cl. viro usurpata ratio ut paucis appareat, sit tantum in exemplum primus ejusdem Scenae versus. Quid ipsius Plauti verba ibidem ferant, sat notum est. Ea vero docti Agii de Soldanis sic habent pag. 34.: =

En ghit, allonim, vallonhum zieduse rav, ghise Mahhom sidi.
. . . . Zgharat isc mahhom . . . .

Et uti pag. 117. ex suo alphabeto eadem componit:

En ghit, allonim, vallon-hum zieduse rav, ghise Mah-hom sid-i.

vero haec Plautina Punica in re nostra usum praebeant, paucis est disserendum.

---

i. e. eodem interprete: =

Ego te precor, o numen, filias libera parvas, esto illis Pater & Dominus.

Quod haec Cl.viri Punicorum lectio aliaeque,quas litteris mandavit, ad Melitensem dialectum congruenter aptentur, non committam ut negem. Attamen haud ego scio, an doctis viris, quibus Plautina Punica sint bene cognita, unquam probabitur quod Cl. scriptor, homo ingeniosus atque eruditus, sed Punicae Melitensi dialecto nimis confisus, de sua vero commentatione conjecturam faciens, sibi ex Plauto attribuit, cujus verba haec recitat pag.131. =

—— —— *Nunc ego esse autumo, quando dicta audietis mea, haud aliter id dicetis.*

Haec Poeta comicus in *Mostelleria* Act. I. Scen. II. vers.14. seq. Utcumque res sit, doctorum virorum de hac Cl.Canonici Melitensis lucubratione esto judicium, quod meo equidem numquam anteponam.

Sequitur, ut de Ambrosio Dorhout, cujus mentio facta est, dicamus. Is namque in illo Ἐπίμετρῳ, seu auctario ad extremas ejusdem *Animadversiones in loca selecta, Vet. Test. complura loca* &c. Leovardiae 1765. in — 8vo pag. 309. — 350., *Periculum Punicum* nobis exhibuit, quo ea ipsa *quae in M. A. Plauti Poenulo occurrunt Punica, indagantur & explicantur.*

Principio, Samuel.Bochartum magnopere collaudat Cl.Dorhoutius, quod in Plautinis Punicis dilucidandis nemo tanto eodem viro in Orientalibus nulli secundo, ulterius processerit. Quia vero non omnia possumus omnes; neque Petitum, qui in Punicis iisdem expendendis princeps fuit, neque Salmasium, neque Grotium, neque Seldenum, neque etiam ipsum Bochartum istud ita pertractasse argumentum, ut

Quantum autem ex iis Plautinis Punicis, ipsiusmet Plauti aetate, duobus nempe ante Chri-

---

nihil supra desiderari possit, Dorhoutius defendit; in hoc igitur Plautino Poenulo periculum facere sibi ipse proponit. Eoque magis illum enarrandum suscipit, quod Punica dialectus, qua Carthaginienses olim uterentur, Hebraismi tanquam germana propago aestimari prorsus debeat; nullusque Veterum tot ac tanti pretii Punica, quot Plautus protulit, nobis servarit: antiquitatis monumentum sane, judice quoque ipso Dorhoutio, maximi faciendum. Atqui rem ipse suam ab aliquot exponendis vocabulis Punicis, apud Sallustium obviis, orditur illustrandam, quae ex Hebraico sermone potissimum deducantur, pag. 311. seqq. Quod item dicendum Dorhoutius statuit de aliis bene multis, pag. 313 — 320., quibus Poeta comicus Poenulum suum, Act.III. Scen.II. & Act.v. Scen.III. passim immiscet.

His autem non vulgari Hebraicae linguae doctrina primum ab se expositis, ad extremum ut eadem via atque ratione Plauti caetera Punica explanari ostendat posse, sexdecim singulos versiculos Act. V. Scen. I., quos Grotius & Bochartus veluti ἀνέκφραστους, seu nullo prorsus explanandos modo atque enodandos habuere, Dorhoutius enarrare aggreditur pag. 324 — 350. In ea porro & quidem recta sententia ipse est, Plautinam versionem Latinam, quae, quum metro adstricta sit, ait ille, non verbum verbo reddit, sed Punici sermonis tantum premit sensum, magno tamen usui esse in indagandis quae abstrusiora sunt ac tenebris quasi involuta.

Quod autem non omittendum idipsum est, in ea quoque cogitatione Cl. Dorhoutium esse, ut tota haec a Plauto recitata Hannonis Poeni oratio, injuria temporis & librariorum incuria, in paucissimis contaminata sit atque corrupta.

Digitized by Google

stum natum circiter saeculis, inter se similitudinis haberet sermo uterque & Hebraicus & Phoe-

Quibus rebus eo pacto consideratis, praemissa que Plauti Latina versione, ad suam Dorhoutius descendit eorumdem Punicorum explanationem eorumque scribendarum rationem, Hebraicis atque Latinis traditam characteribus; neque ab se neglecta Bocharti lectione atque interpretatione.

Vellem equidem id mihi otii satis dari, ut copiose de hoc *Periculo Punico* disserere possem. At quia permulta me manent neque minus graviora, invitus eo adductus ego sum, ut ipsam illam, quam in enarrandis, explicandis, illustrandis, emendandisque Plautinis Punicis rationem ineundam duxit eruditus Dorhoutius, heic brevi, ut potero, exponam. Quo autem modo hanc sibi sumat provinciam, ex tribus ejusdem Act. V. Scen. I. prioribus versibus unusquisque intelliget, quos Dorhoutius sic delineavit: =

את עליונים ועליונות שקרתי שם מכון שית :
חכלה חניתי ממישתי עלימו דברי אמש :
לפה כנת התבנותי עד ערן בינותי :

Quae verba ita legit pag. 328. seq. & 348.

Et Eljonim ve Eljonoth Sekkorathi Scham Macon Scith

Chemla chinnithi memisti almo debari Emes

Lipho Caneth hythbynithi ad aeden binuthi.

Haec Punica sic descripta, ad verba ipsa, quae Plautus Latinis profert litteris, quaeque utpote in editis facile consulenda, brevitatis ergo praetereo, proxime quidem accedunt; a Bocharti tamen lectione haud parum discrepant. Sed audiamus Dorhoutium eadem ad verbum, ait ille, interpretantem, videlicet: =

Excelsi Excelsaeque, qui hanc urbem colunt,

Clementiam ut adipiscar precor. De meis rebus heri,

nicio-Punicus, aut dissimilitudinis, etiam atque etiam intelligeremus, modo Poeta non Latinis,

---

Huc adveni in tempore, ut advenerim.

Primo in versu omnes qui de hoc Poenulo egerunt, fere convenire adserit Dorhoutius. Qui vero eos legerit, tantum abest, ut unà conspirent, ut potius haud parum dissentiant; si hanc aut alteram vocem demas, ut עליונים & עליונות, quae sive *excelsi* & *excelsae*, sive *superi* & *superae*, aut *Dii* & *Deae* interpretentur, eodem recidunt.

De τῷ שקרתי, *qui urbem*, nihil habeo animadvertendum, nisi sua instructum littera י *iod, paragogica*, nominibus aliquando accedente, ut supra pag. 89. not. observabam, idem vocabulum dicamus.

Quid vero de τοῖς שם, מכון, שית, *Scham*, *Macon*, *Scith*, faciemus? Erunt utique Hebraica vocabula, sed ita male inter se apta & colligata, ut ex iis quis eruatur sensus, nisi plane barbarus, a versione vero Dorhoutii alienus, quotusquisque est Hebraicis doctus litteris, qui non intelligat? Quod facile esset ad ad ostendendum, nisi brevitati ipse consulerem. Quae quidem voces ita intricatum Dorhoutium dant, ut nulla prorsus Hebraismi analogica habita ratione, eo tandem deveniat, ut in iis hunc sensum esse defendat, nempe = *Dii qui urbem hanc faciunt laudatissimam & nomen parant*. Sed haec longius petita sunt, neque Hebraicis plane respondent. Ergo haec ipsa lectio est rejicienda, alia vero atque alia admittenda.

Ad versum secundum aggrediamur, in quo nihil emendandum atque immutandum arbitratur. Id equidem vellem. Quod τὸ חמלה *clementiam*, & τὸ חניתי (rectius חנותי *Hhannothi*) *deprecor*, *precor*, significet, non repugno. Quid vero illud est τὸ ממישתי „ Mymisti (sic), inquit ille pag. 328., mi- „ hi est a מוש in Hiphil המיש & participio ממיש cum „ תי forma primae personae. Qualis forma in S. Co-

sed propriis Poenorum litteris suum descripsisset Poenulum, neque librarii in eo exscribendo

„ dice alibi obvia, ut norunt eruditi, Judic. xvi. 26. „ vox חמיש occurrit, & Exod. x. 21. „ At eruditi ex Praeterito ac Participio Conjugationis *Hiphil* nomina *verbalia*, sive *perfecta*, sive *imperfecta*, ut ajunt Grammatici, Hebraeos formasse, numquam defendent. Neque ex allatis & Judicum & Exodi locis id evincitur. Et revera, quam sibi finxit Cl. Dorhoutius, eadem ipsa verbi forma nullibi exstat. In Conjugationibus, quidem *Qál* & *Pihél* occurrere ejusmodi formam compositam, seu id genus anomalias, ut = וילדת בן, *& pariens* eris, vel *paritura* es *filium*, Genes. xvi. 11. = Judic. xiii. 5. 7. :ישבתי בלבנון מקננתי בארזים := *Sedens in Libano*, *nidificans in cedris*, Jerem. xxii.23. שכנתי על מים = *Habitans super aquas*, ibid. Li. 13., sunt qui pugnent, sed aliis omnino refragantibus, uti scribit Elias Levita in ס' החרכבה, *Sepher Haharcabha*, i. e. *Libro compositionis*, seu *de vocibus compositis*, edition. Venetae 306., Christ. 1546. pag. 18. b. 25. a. & 33. b. Quod Johan. Buxtorfio quoque animadversum, *Thesaur. Grammat. ling. S.Hebr.* lib.1. cap.xiii. pag. mihi 101. Confer Petr. Guarin. *Grammat. Hebr. & Chald.* Tom.I. lib.1. cap. viii. pag.164. ∽ ejusdem *Lexicon. Hebr.* & *Chald.* voce ילד. Caeterum τὸ י *Jod*, in vocibus ex Jeremia supra depromptis redundare, τὸ *Keri Chetibh* ibidem admonet. At haec obiter.

Multo consultius sane opportuniusque & ad rem suam magis accommodate Dorhoutius dixisset, τὸ ממישתי cum sua praefixa particula מ, *Mem*, quam *inseparabilem* vocant, & verbis praeposita quandoque vim habet τῦ *ut*, Genes. xviii. 25. = Deuteron. vii. 8. & alibi; τὸ, inquam, ממישתי idem valere ac τὸ *ut palpem*, *contractem*, *attingam*. Et ne Dorhoutio iniquus videar, idem verbum latiori quodam

non semel peccassent. Etenim, uti apud Plautum legitur, in Punicas voces plura manasse or-

---

sensu indicabit τὸ *ut adipiscar*, quemadmodum ille ipse convertit.

Quae hoc in versu sequuntur voces, scilicet עלימו דברי, *propter res meas*, vel *de rebus meis*, uti eas ponit & interpretatur Dorhoutius, quasque expositione non indigere ait, tam male inter se cohaerent, ut nihil magis. Latine quidem haud inepte diceretur *de ipsis rebus meis*; at contra Hebraicae linguae immo & Syrae & Chaldaeae genium quis graviter peccaret, si eadem usurparet verba, utraque autem suo instructa pronomine affixo, nempe τὸ מו, *ipsa* & τὸ י, *mea*. Est vero incredibile Dorhoutium in Hebraicis versatum litteris haec non vidisse. Quae lectio quum plane inepta sit, est igitur omnino respuenda. De τῷ *Imischi*, quod Dorhoutio est ipsum אמש, seu *heri*, nolo disputare: id concedatur.

Veniamus ad tertium versum, in quo tam multa in suis Hebraicis componendis vocibus miscet atque turbat, ut legi nequeant sine stomacho. Quem versum, = „ *Lipho Canet hitbenythi ad aeden benythi*, „ persuasissimus, ait ille, scribo & cum audacia, „ Hebraice לאפה כנת התבינותי עד עדן בינותי אמש, & „ dicam ad verbum fere Latine haec dari, si con- „ jungas in fine vers. precum עלימו דברי, *ut quod de* „ *mea re huc veni*, *heri rite venerim*, clarissimum „ hoc est adeo, ut dubitandi locus non supersit. „ לאיפה, vel לפה etiam, valet *huc*, non moror „ trita Genes. XXII. 5. פה *hic* „. Verum, quod τὸ לאפה, vel לפה idem prorsus sit atque τὸ פה *ibi*, *hic*, *huc* &c., nullo teste, nulloque auctore comprobatur. Sed nollem esse in Dorhoutium illiberalis. Permittam τὸ לאפה, vel לפה, sua praefixa ל, compositum particula, cujus apud Hebraeos, Syros, Chaldaeos ac Talmudistas usus multus est & sensus

thographica menda, non est quod dubitemus. Adeo multa corrupte in iisdem descripta occur-

varius, eadem esse ac adverbium loci, τὸ פה *huc*, *ibi* &c., significatione accipiendum. Quamquam de τῷ לאיפה, vel לפה, doctissimi viri, qui Hebraica Syro-Chaldaica atque Talmudica vocabula exposuere, & quorum Lexica, ac Grammaticas institutiones permultas diligenter evolverim, altum tenent silentium. Utcumque res sit; quare τὸ כנת, *Canet*, quod Dorhoutius a verbo deducit כון, *aptavit*, *disposuit* &c. in sua versione praetermittit? Prudenter sane. Quid enim ex eo effecisset vocabulo tam ruditer barbareque expresso, cujus significatio, si quam habet, ab hoc loco omnino aliena esse videatur.

Quid demum illud quoque τὸ התבינותי *Hitbinythi* (scripsissem saltem התבוננתי) in quo explicando mirum quantum sese Dorhoutius torquet? In tanta vero rerum luce quasi obcoecatus nobis plane nova propinat, eaque inaudita, ut eidem verbo notionem inesse τῷ *venire*, *advenire* contendat.

Audiamus nunc quid hac de sua Plautino-Punica, vereque singulari lectione ipse comminiscatur; quidque ad eam propugnandam sibi praesidii quaerat. „ Τὸ בין, ait ille pag. 329. (quod ipsi radix est) „ notat *intra*; igitur בון sit *intus esse*. Et הבין *in-„ trare*. Facere ut intus sit, התבונן *penetrare*„. Malum! At quam falso istud asserat Dorhoutius, nemo unus est, qui Hebraicas & Orientales aliquantum sapiat litteras, quin dicturus sit. Productis deinceps tribus quatuorve, quibus apertissime abutitur S. Scripturae Hebraicae testimoniis, de quibus mox brevi disseram „ Et, pergit ille, in hoc Plauti loco igitur „ לפה התבניתי, *huc penetravi*, id est *adveni*, & *be-„ nithi*, quod sequitur, est rursus *penetrarim*, *adve-„ nerim*. „ Atque eo tota ejus recidit argumenti ratio; quam ut tueatur, ad sacrarum litterarum descendit

runt & Latinis male expressa litteris, ut cum Hebraico vix componi sermone, aç ne vix quidem posse primo intuitu videantur.

---

loca. Et primo quidem urget II. Paralipom. XI. 23., in quo habetur: = ויבן יפרץ מכל בניו לכל ארצות, quem locum sic improprie vertit: = *Et omnes plagas*, sc. Chanaanis *penetravit*, *etiam omnibus filiis suis copiosus erat*. Quae tamen verba eo spectare videntur, ut intelligatur, Roboamum, cui haud exigua turba fuit filiorum, sese *prudenter* יבן *gessisse*, cum unum disjungens ab alio, singulos *dispersit* יפרץ, distribuens eos per cunctam Judaeam & Benjaminitidem. Suis autem filiis a regia metropoli ita remotis, omni regni incommodo non praevertendum solum, sed etiam Abiae filii, *utpote* quem להמליכו, *in imperio* sibi successorem futurum, secum constituerat, saluti atque securitati consulendum Roboamus existimavit. Alter, quem Dorhoutius pervertit, locus est Deuteronom. XXXII. 10., qui hic est: "יסובבנהו יבוננהו וגו, i. e. eo ipso interprete, *Cinxit eum & pervagatus est eum* &c. Quam insulsa haec versio videatur, non est quod dicam. Τὸ namque *pervagatus est eum*, Latinis certe minus gratum auribus, quo demum tendat, vix suspicor. Quid, tantae molis erat haec Moysis verba per sese satis explorata, eo demum traducere, ut contra & veterum & novorum interpretum auctoritatem, nobis tam inepte conficta lectio obtruderetur? Ego vero, cui religio est ab iis, quae ipsa ferant Moysis verba, vel transversum unguem discedere; hoc in loco nihil aliud video, quam τὸ Deum *circumduxisse* populum suum per deserta Arabiae loca, *eumque erudivisse* lege sua. Optime vulgatus Interpres: = *Circumduxit eum & docuit eum*, & ut habent LXX. = ἐκύκλωσεν αὐτὸν καὶ ἐπαίδευσεν

S 2

Digitized by Google

Atque eo quidem audeo dicere, quod Punicae scriptionis characteribus expressae Latinis

---

αὐτὸν, eodem sensu. Mitto, brevitati consulens, quod Arabs ipse quoque interpres, quod Targum Onkelosi, quod versio Samaritica ibidem legunt. Ex iis namque vetustissimis interpretibus, quantum τὸ *pervagatus est eum* ab vera significatione τῦ יבוננהו sit alienum, dignosci potest. Etsi Syrus eo loci habeat = ܘܚܒܒܗ, *& dilexit eum*, vel *amplexatus est eum*; non video quid inde Dorhoutio esset praesidii, ut plane absonam suam lectionem defenderet.

Neque minus labitur Dorhoutius in duobus postremis Jobi locis, quos sibi suffragari confidenter gloriatur. „ Sed irrefragabile, ait ille, est documentum pro significatu (τῦ *venire* & *advenire*) „ Job. XXXVIII. 18. = התבננת עד־רחבי־ארץ, hoc „ ego dederim, *an penetrasti usque ad latitudines* „ *terrae*; & eodem modo v. 21. (lege 20.) := „ כי תבין נתיבות ביתו, *ut vias domus ejus penetrares*. „ Haec quidem eruditus vir.

Quis autem tam ferreus est, qui hanc probandi rationem non exsibilet? Quid, τὸ *considerasti*, translate vero, *penetrasti usque ad latitudines terrae*, & *ut penetrares vias domus eius* (i. e. sedis lucis), idem significaret, ac in sensu proprio τὸ *intrasti*, *venisti*, *advenisti*? Erunt profecto qui in Dorhoutio mirabuntur singularem hominis perspicaciam, eumque tam acri ingenio tantaque praeditum sagacitate, ut quod animo comprehendimus, quod in mentes penetrat nostras, quod demum una sola cogitatione complectimur, omne illud eodem prorsus revolvatur, atque quod *penitus intrat*, *ingreditur*, *venit*, *advenit*, & alia id genus, quae *σωματικῶς*, seu *corporaliter* attigimus. Quae res quam absurda sit, nemo non videt. Sed reservatum Dorhoutio erat, ut quae tam constans, tam stabilis, tamque immota apud

Digitized by Google

menda, etiam in correctissimis Poenuli editionibus, non litterarum & syllabarum modo, sed

---

omnes linguarum Orientalium peritos & Lexicographos & Grammaticos, ipsius vocis בון, a τῷ בוא nimium, quantum sensu diversae, una esset significatio, ipse implicare noctibusque eamdem obducere conaretur, alia vero atque alia & plane inaudita cohonestaret.

Mirari tamen subit, loco τῦ החבינוהי, mendosissimae lectionis, de τῷ התבואתי, *Hithboati*, (etsi in *Hithpaël* sit inusitatum) sed, ad verbum, *me ipsum induxi*, *intuli*, *adduxi*, seu *veni*, *adveni*, levissima mutatione, Dorhoutium in Hebraicis versatum ne minimum quidem cogitasse. Quod si in mentem ei venisset, S. Scripturae quaedam loca non modo non turbasset, verum etiam lectionem, nisi multum fallar, saltem protulisset ad similitudinem aliquam, accedentem veri, immo ad τὸ Chaldaicum עדן *tempus*, ut videtur, satis accommodate. Nam quod עד עדן, *usque ad tempus*, vel *per tempus*, *in tempore*, *rite*, *opportune*, significet, nihil habeo in promptu, quod opponam.

Haec vero, licet paucissima, speciminis loco dicta sunto. Quae quidem si interdum improbanda mihi visa sint, non vana certe de eruditi Dorhoutii conatibus detrahendi cupiditate inductus, sed eo uno id feci animo, ut quam sequutus in *Plautino* suo *Poenulo* instituti rationem ipse fuerit, aliquo modo demonstrarem. Quapropter ab reliquis Plautino-Punicis, quae enarranda persequitur Dorhoutius, expendendis, ne nimius sim, supersedeo.

Restat, ut quae Ill. Hibernus Carolus Vallance y, *Societat. Hibern. & Scot. socius*, variis ingenii sui editis monumentis, quibus gentis suae & antiquitates & linguam maxime illustravit, de Plauti Poenulo disseruit, consideremus. Atque id ipsum Cl. vir aggressus est in singulari commentatione Anglice in-

& vocum vel disjunctione, vel confusa indistinctaque unione, hujusmodi sunt, ut quantacum-

---

scripta: *An Essay on the antiquity of the Irish language*, seu *Specimen antiquitatis linguae Hibernicae*, publicae luci an. 1772. primum ab se exposita, post vero auctius emendatiusque edita, atque *Collectaneis de Rebus Hibernicis*, Dublini an. 1786. vulgatis inserta Vol. II. num. VIII. pag. 251 — 336.

Plura heic occurrerent memoratu digna, quae hoc in egregio sui ingenii foetu Cl. Vallancey litteris prodidit. De quibus tamen pauciora eo mihi dicenda sunt, quod jam satis multa de Plautinis Punicis disputarim. Quae namque praeclaro hoc specimine complexus vir doctissimus est, si essent singillatim percensenda, nimio plus quam ferat institutum, nostra excurreret oratio. Relinquitur ergo, ut paucissima seligamus, ex quibus viri, de litteris bene meriti, proposita ratio judicari propius liceat.

Quae res ut paucis innotescat, illud statim observandum omnino est, quod ad ejusdem *Speciminis* argumentum quam maxime, immo & potissimum faciat. Enimvero Phoenices orbis olim cogniti magnam partem frequentasse, tum longissimis ac permultis navigationibus, mercaturae ergo, tum suis coloniis pluribus longe lateque diffusis, atque eo cursu linguam suam usquequaque propagasse, demonstratum superius est pag. 242 — 247. Haud paucis vero hanc in rem productis scriptoribus addendus Cl. ipse Vallancey in suo specimine Celticae linguae, *An Essay on the Celtic language*, ejusd. Cl.viri Grammaticae Hiberno-Celticae praefixo, *A Grammar of the Iberno-Celtic, or Irish language*, edition. Dublinens. 1782. pag. 6. seq. Quod autem in Britannicas quoque insulas ea de caussa Phoenices contendissent, ut a Bocharto, *Chanaan* lib. I. cap. XXXVIII. pag. 719 — 726. ostensum video, ita in Hiberniam praesertim trajecisse, eo-

que iisdem in repurgandis atque ad veram lectionem revocandis Punicis doctorum hominum fue-

---

que coloniis variis ex Africa deductis, sedes ibi posuisse, nullus est Hiberniae historicorum, quin consentiat. Id quidem teste Cl.Vallancey, *An Essay on the antiq.* &c. Praefation. pag.7.Qua de re quoque legenda quae eruditus vir in illa sua disquisitione super primis Hiberniae habitatoribus, *An Inquiry into the firts inhabitants of Ireland*, passim tradidit, eorumdem *Collectaneorum* Vol. II. pag. 58 — 75. Cujus disquisitionis summa, quae in rem, de qua nunc agimus, plurimum conferat, haec est: vetustiores ejusdem insulae incolas ab Orientis populis esse arcessendos, sicuti plures litterati Hiberni memoriae prodiderunt; illos vero populos, quantum conjectura & sane omnino probabili datur ad opinandum, non alios exstitisse, quam Chanaanitidas ab ipso Josua & gente Israelitica ex illorum deturbatos terris; quos quidem Chanaanitidas, qui Phoenicum sese appellatione vocarunt, a suis *Terrae Promissae* sic dejectos sedibus, magnoque emigrantes numero, ac nova, quo reciperent sese, quaerentes loca, non Mediterranei maris solum insulis, sed etiam regionibus eidem mari propioribus insedisse; horum autem multos in Hispanias post concedentes, indeque alios Hiberniam tranfretantes, eamdem insulam suis colonis frequentasse, doctissimus Vallencey statuit.

Ne vero quis forte existimaverit, haec una tantum conjectura nullisque fulta rationum momentis a Cl. Hiberno adduci; in promptu ipse habet cumprimis vetustissimam gentis suae dialectum, *the most ancient Irish dialect*, quae opinionis suae fidem faciat. Quod ne dubitare possimus, maximo esse argumento ait, quae de litteris in Hiberniam a Phoenicibus primum inlatis, deque eadem dialecto rerum Hibernicarum scriptores unanimi consensione

rit industria; haud equidem scio, an spes nobis reliqua sit fore, ut optimorum exemplarium

---

memoriae commendarunt, & veteres manu exarati Codices testantur, *An Jnquiry* &c. pag. 62. & *An Essay on the antiquity* &c. pag. 252. Hanc enim dialectum, propterea quod Phoenicismi referta sit vocabulis, populari idcirco nomine Hiberni appellant BEARLA NA FEINE, vel BESCNA NA FENE, quasi diceres *dialectum*, seu *linguam Phoenicum*. Idem loc. cit.

Quo in antecessum observato de antiquioribus Hiberniae incolis eorumque vetustissima dialecto, idque secum diu versans Cl. Vallancey, eo inductum sese fuisse scribit, loc. cit. Praefation. pag. 7., ut hac ipsa vetusta Hibernorum lingua cum Phoenicio-Punica Carthaginiensi dialecto primum diligenter collata, illius ope ac praesidio Plautinis Punicis exponendis deinceps se daret. Qua in re Cl. Hibernus eo majorem promereri fidem videtur, quo magnum studium multamque operam, uti ibidem ait, in eamdem popularium suorum tam veterem, quam recentiorem linguam propius cognoscendam contulerit. Quod propositum suum ut plenius assequatur, ad Melitensem etiam dialectum ipse provocat, qualem Agius de Soldanis in sui Punici Melitensis lexici specimine, de quo supra pag. 196. dictum est, eam exposuit. Hanc autem cum veteri Hibernica lingua convenire, ex collatione, quam inter utramque instituit, ostendere adnititur, ibidem pag. 265 — 273. Quidquid vero sit; certe ejusdem antiquissimae dialecti usum insignem in quibusque Plautinis Punicis Act. v. Scen. I. & II. illustrandis demonstrare Cl. Hibernus aggreditur, pag. 310 — 324. Ad cujus doctissimi viri interpretationis rationem ut demum accedamus, pauca pro more delibabimus. Sit igitur ejusdem Act. v. Scen. I. versus primus ad Comoediarum Plauti editionem Tarvisii an. 1482. vulgatam, qua usus ipse est,

manu exaratorum majori copia, priscae suae integritati, eaque illa scriptionis ratione, qua

accommodatus. Quae editio ita habet: =

Nythalonim ualon uth si corathissima comsyth.

Quae verba pag. 310. Cl. Vallancey legit hoc modo: =

Nyth al o nim ua lonuth sicorathissi me com syth.

Quod ex Veteri Hibernorum dialecto ita interpretatur: =

N'iaith all o nimh uath lonnaithe! Sochruidhse me com sith.

Anglice vero: = *Omnipotent much dreaded Deity of this country! asswage my troubled mind.* i. e. ut ego ipse haec Anglica converto: = *Omnipotens, valde tremenda Deitas hujus regionis! meum seda perturbatum animum.*

Non est quod alteram, quae eodem ferme redit, hujusce versus ab eruditissimo viro, pag. 311. prolatam Hibernicam atque Anglicam heic indicem interpretationem. Hoc ego nunc tantum dicam: Plautini hujus versus, ut caeteros eadem explanatos ratione, brevis esse volens, missos faciam, si alicujus momenti sit ponderis & Hibernica expositio & Punica lectio, Carthaginiensem Punicam dialectum, Plauti ipsius aetate, ab Phoenicii idiomatis natura atque indole nimium quantum deflexisse statuamus oportet. Quae res cum Phoenicio-Punice inscriptis monumentis nobis cognitis, & quidem cum Hebraeo-Syro-Chaldaica litteratura intimo conjunctis vinculo, quonam pacto componatur? Quod si de Punica Carthaginiensi a Plauto in suo Poenulo usurpata dialecto id admittamus; quae igitur tanta illa vetustissimae Hibernicae linguae cum Phoenicio-Punico & Hebraico sermone esse affinitas potest, quantam sese ex earumdem linguarum inter se collatione deprehendisse adserit Cl. ipse Vallancey, *An Essay on the antiquity &c.* pag. 251.? Illa namque primi versus Hibernica inter-

Digitized by Google

Plautus ipse Poenulum suum ediderat , Punica quaeque aliquando restituantur .

---

pretatio & lectio nihil Phoenicio-Punici , nihil Hebraici nihilque Syro-Chaldaici quicquam prae se fert,quod hanc affinitatem commonstret atque conjunctionem . Et sane , hanc ipsam Cl. viri Plautinam lectionem Hibernicae suae vero accommodatam explanationi, ad voces aliquas aut Hebraeo-Chaldaicis , aut aliis quibuscumque sive Syris , sive Phoeniciis , sive Samaritanis , sive Arabicis expressas litteris revocemus ; quidpiam ne ex iisdem colligemus vocabulis , quod cum Phoenicio-Punica , vel Hebraeo-Syro-Chaldaea lingua paululum congruat ? Valde equidem dubito , an in hisce versatissimus quisque linguis illud bene unquam assequatur . Unam summum aut alteram ex ejusmodi ita descriptis , sed male compositis vocabulis exsculpemus vocem , quae earumdem linguarum aliquid vix relinquat vestigii . In τῷ *All* equidem videbo τὸ אל *El* , *Deus* , fortasse etiam τὸ על *Aàl* , *super* . De caeteris vero me haud multum scire fateor quid apposite dicerem .

Atque hoc esse quod in hac Plautino-Punico-Hibernica hujusce primi versus expositione mihi videre videor . Praeterea Cl. interpres pro certo ponit, quod vel maxime in quaestione versatur : nimirum Punica-Plautina , sicuti ea ipse profert ex Tarvisina editione , eaque & singulari ingenii dexteritate summaque Hibernicae veteris dialectus peritia in rem suam transferre adlaborat,librariorum culpa aut parum, aut nihil primigeniae suae deperdidisse integritatis . Quod vereor , ut ab eruditis, quibus haec Plautina Punica bene sint perspecta atque explorata, Cl.Hibernus unquam revera impetret . Illud quoque accedit incommodum , quod ejus explanatio ab ipsius Plauti Latina versione nimis discrepare videatur . Qua de

Digitized by Google

Quid ergo? an quia temporum injuria, vel librariorum culpa atque incuria, tam multa cor-

interpretandi ratione quum supra pag.258. & 264. seq. satis dixerim, nunc omittatur.

Mihi vero, cum de veteris Hibernicae linguae usu in hisce Punicis enarrandis haec mando litteris, non tantum arrogo, neque arrogare debeo, ut de eadem dialecto me putem sine ullo erroris discrimine posse dicere. Hoc munus equidem pensumque litteratis ipsis Hibernis accurandum relinquo. Verumtamen, ad pauca ut redeam, doctis rerum ejusdem clarissimae gentis scriptoribus si adhibenda aliqua assensio est; veterem eamdem dialectum sic esse comparatam intelligemus, ut ex vetusta Celtica & prisca Hispano-Cantabrica lingua, alias *Vasconica*, seu *Basque*, *Bicayenne*, quemadmodum hanc a Gallis vulgo appellatur, conflata fuerit. Neque dissentit Cl.Vallancey, *An Essay on the antiquity* &c. pag.251., id unum praeterea contendens, veterem Hibernicam Punici & Celtici idiomatis veluti concretionem, *a Punic-Celtic compound*, esse quoque habendam. Sit igitur vetus Hibernica lingua etiam *Celtico-Basquensis*, ut ita loquar, & *Punica*. Non aegre feram. At quoniam in hoc Plautino-Punicorum primi versus Hibernica expositione, quem unum tantum expendendum nobis sumimus, nihil prope est, sicut modo dicebam, quod Punicam ipsam dialectum, doctissimis hominibus hactenus cognitam, redolere videatur; verendum sane est, ut sit aliquis non in Phoenicio-Punicis modo, sed in Hibernicis exercitatissimus, qui id genus Plautino-Punico-Hibernicae explanationis ad Celticam, vel Hispanicam veterem linguam potius, quam ad Punico-Phoenicium proprie dictum sermonem esse referendum non immerito censeat. Etenim, quibuscumque idiotismis, Carthaginiensi dialecto tunc aetatis propriis, Plautina Punica immixta ponantur, quibus ab Phoe-

rupte ac depravate in hoc Poenulo leguntur, ut ingenii subacti viris crucem diu fixerit; docto-

niciae linguae analogia, uti pag. 261. ajebam, deflexissent; nihilominus peculiares ejusmodi dicendi modos eidem Phoenicum dialecto tam fuisse absonos tamque ab ea disjunctos, ut Hebraismi cumprimis expressa aliqua vestigia in Plautino-Punicis non servassent; quotusquisque hisce eruditus litteris est, qui illud unquam sibi persuadeat? Nec pol me multum fallit, quin, quod de eadem Plautino-Punico-Hiberbernica expositione ad veterem Celtico-Hispanicam dialectum potissimum referenda, suspicor, sit quod modo posui.

Equidem intelligo veterem Celtico-Hispano-Basquensem linguam, quippe originis Hebraicae, uti praeeuntibus doctissimis viris, jure contendunt Cll. scriptores *Historiae universae*, ex Anglico Gallice factae, Tom.IV. cap.XII. sect.III. pag.122. Tom.XIII. lib. IV. cap. XII. sect. II. pag. 212. cap. XIII. sect. IV. pag. 310., prope infinitas proferre voces debuisse, quae natales suos haud obscure proderent. Quum autem Hibernica vetustissima dialectus perplures ejus generis voces Celticas in se receperit, vel ab Hebraicis, uti dixi, vel ab Phoeniciis repetendas fontibus, seu ab primaeva lingua, ultimis temporibus per totam Assyriam diffusa, quam Phoeniciam potius, quam Hebraicam vocat Joseph. Scaliger in epistola ad Stephan. Ubertum, *Epistolarum* suarum lib. IV. num. CCCLXII. pag. 701.; intellectu facile est, quare ipsa prisca Hibernorum lingua ad Hebraeo-Phoenicias, immo & Punicas origines esset quodam modo revocanda.

Verum haud scio, an, ea opinione probata, consistere Cl. viri Vallancey Punicorum Plauti Hibernica singularis explanatio possit. Enim vero illud ei erat demonstrandum, Hibernicae veteris dialectus cum

rum autem hominum ad eum a mendis repurgandum eumque illustrandum magnos conatus nihili haberemus ? Hoc si censeamus, reperiemus neminem, qui nobis assentiendum arbitraretur.

Sit igitur sua laus & Samueli Petito & Philippo Pareo ; sit utique sua & Samueli Bocharto, quem felicioribus auspiciis hanc spartam navasse plerisque eruditorum visum est, & sane nōn immerito. Neque ipsum eruditum Ambros. Dorhout, qui omnium postremus, quod ego sciam, in Punicis Plautinis integris eruendis atque ex Hebraismo illustrandis suam exercuit indus-

Hebraeo-Phoenicio-Punica lingua eam affinitatem esse atque consociationem, ut ipsa Hibernica quaeque vocabula, quibus ad Plauti Punica resolvenda utitur, etsi pronunciatione & scribendi diversitate ab Punicis ipsis aliquantum aliena videantur, re tamen vera, nihil aliud, quam purum putum sermonem resonare Phoenicio-Poenorum. Atque, quemadmodum Jo. Henr. Majus in *Specimine altero linguae Punicae in hodierna Melitensium superstitis* optime fecit, atque unius linguae cum altera convenientiam exemplis evidenter demonstravit; ita Cl. vir Vallancey hanc eamdem si tenuisset viam, Hibernicae veteris intimam cum Punica lingua cognationem, atque affinitatem nobis comprobasset. Quibus bene explicatis, nihil amplius huic Plautinae Punicae enarrationi omnino fuisset reliqui, quod quidquam facesseret negotii. Quod si Cl. Hibernus cujus ego eruditionem atque doctrinam maxime suspicio, ad litteraturae hujusce Plautino-Punicae illustrationem, eaque ingenii felicitate, qua sua Hibernica ornavit atque amplificavit, id fuisset aggressus, aliquid certius exploratiusque attulisset.

triam, neque caeteros,qui id sibi quoque negotii antea sumpsissent, debita sibi defraudamus laude. Quamquam & illud non esse inficiandum, docti viri hac in litteratura versati mihi fortasse dabunt atque concedent,in eruditorum hominum quos commemoravi, singularum Plautino-Punicarum vocum interpretationibus ex ipso Hebraismo potissimum deducendis, haud pauca adhuc desiderari, quae majori atque tutiori indigere videantur illustratione.

Quamobrem, etsi, quemadmodum arbitror, nullum Punicum tam singulare, tamque amplum vetustas nobis suppeditet monumentum, in eoque exponendo non minima sit doctissimorum virorum dissensio; quam metuo, ne ex Plautino fragmento Punicae linguae rationem, nisi alia nobis suppeterent monumenta, plane perspiciamus. Quamquam illo in ipso, quantumcumque vitiato (1) perturbatoque Poenuli statu multa profecto insunt, quae Hebraismi manifestissi-

(1) Cujus sane rei testes, eosque gravissimos heic appellare plures possem doctorum virorum, quorum mentionem injeci. Nullus namque eorum est, aut fere nullus, qui de Plautino Poenulo maximas, librariorum culpa, in Punicis depravationes passo, magnas querelas non fecerit, ut Scaliger, Grotius, Salmasius, Seldenus, Petitus, Bochartus, aliique. Nam haec menda & quidem permulta non temere inesse censentur.

Digitized by Google

ma indicent vestigia (1). In una vero eademque lingua, eaque ipsa Punica, temporum progressione, ut supra dictum est, aliquam fuisse diversitatem sermonis, quid mirum? Ex qua re etiam fit, ut voces nonnullae Plautino-Punicae, immo & sententiae ferme integrae, aliunde mutuo sumptae, ab primigeniae patriae linguae ratione declinare videantur. Neque illud, inquam, mirari licet, quum Hebraicum ipsum sermonem archaismis, ut ita dicam, & neoterismis plane liberum non prorsus esse, neque dialectos suas ei defuisse, eruditis viris & quidem magnae doctrinae fuit obseruatum (2). Quae praeterea de

(1) Adisis Josephi Scaligeri *Opuscula varia* edit. Parisiens. 1610. pag. 454. & 456. quaeque ex ejusd. Epistola ad Stephan. Ubertum superius adnotavi pag. 255. = Jo. Bapt. Palserii *De Hebraismo Aegyptiorum Dissertationem*, quae inserta habetur *Symbolarum Litterariarum* Ant. Franc. Gorii Vol. IV. pag. 33. seqq. Perplures alios eruditos mitto idem sentientes; adeo perspecta res est atque explorata.

(2) Consulendus Jacob. Gussetius in *Commentario linguae Hebraeae*, passim, ut observat Johan. Christoph. Wolfius, *Bibliothec. Hebraeae* Tom. II. pag. 633. Quodque de libro Jobi, Arabismis referto, post Jo. Henr. Hottingerum, Samuel. Bochartum, Edward. Pocockium, etiam adnotavit Albert. Schultensius in *Animadversionibus* ad eumdem librum. Vide & Valentin. Ernest. Loescherum, *De Causis Ebraeae linguae* lib. I. cap. IV. §. VIII. pag. 60. = Bartholom. Meyerum, *Philolog. Sacr.* part. I. cap. II. seqq. Joh. Gottlob Carpzovium, *Critic. Sacr.* part. I. cap. V.

Chaldaismo Hebraeo-Biblico Philologi disputarunt (1) nolo dicere. Haec enim quum sint alterius loci, relinquo. Sed de Plautinis Punicis Syro-Chaldaicae linguae & Hebraismi in primis semina egregia bonam partem complectentibus, hactenus. In quibus tamen eruendis atque explicandis neminem adhuc fecisse satis, si quis unquam defendat, haud equidem scio, an in reprehensionem merito incurreret doctorum virorum. Utcumque vero in tam difficili negotio fuerint eruditorum, quorum mentionem feci, ad Punica Plautina enodanda conatus, id mihi optimum factu esse duxi, de tam luculento fragmento, deque doctorum hominum in eo enucleando lucubrationibus, qualicumque interdum nostro interjecto judicio, verba facere. Id namque instituta prorsus postulabat ratio; ne, dum argumentum, in quo hactenus multum fui, quodque ad Phoenicum dialectus naturam indagandam totum spectat, illud ipsum

---

sect. IV. pag. 199. seqq. = Samuel. Koenigii *Specimina Arabismi in Proverbiis Salomonis*, Diarii litterarii S. G. Altmanni, *Tempe Helvetica* inscripti Tom. II. sect. III. §. VI. pag. 447. seqq. = Joh. Jacob. Reiske *Conjecturas in Jobum* & *Proverbia Salomonis*. Lipsiae 1779. pag. XXXI. seqq.

(1) Adeundus August. Pfeiffer. *Critic. Sacr.* sect. II. quaest. V. pag. 68. seqq. Adde quod pag. 211 — 213. paucis diximus.

fragmentum, ex quo rei eidem nostrae tanti adfulgeret luminis, neglexisse viderer.

Quod si denique quisquam est, qui Phoenicum sermonem ex Arabicis deducere fontibus velit, quae quidem, ut Cl. Spanhemio animadversum (1), sententia fuit Guilielmi Postelli, Laurentii Vallae, Ioh. Drusii, Valentini Schindleri, ut caeteros, licet non multos missos faciam; is ante videat, an numi, exempli caussa, Tyri & Sidonis, inscriptiones, Citeae & ipsae, quas supra illustravimus, Carpentoractensis & Melitensis, Arabismi potius, quam Hebraismi impressa relinquant vestigia. Ac si minus id verum sit, quum argumenta, quae ex iis numis, eiusque generis inscriptis monumentis petuntur, secus omnino ostendant; ne illud quidem, quod est de Tyrio, Sidonio, immo & Punico-Carthaginiensi Siculoque Phoenicio sermone, persuaderi cuiquam diligenti & perito cum Hebraicae, tum Arabicae linguae viro potest.

---

(1) *De praestantia & usu numismat. antiquor.* Dissert. II. pag. 77. seqq. = Idque adnotavit Thom. Reinesius in *Ἱστορούμενοις de lingua Punica*, pag. 5., qui contra scriptores sic opinantes multa passim ibidem disputat. Confer. & *Histoire Universelle, trad. de l'Anglois*, Tom. XI. lib. III. cap. XXXVII. sect. III. pag. 650. & Cl. Carolum Vallancey in specimine antiquitatis Hibernicae linguae, *An essay on the Antiquity of the Irish, language*; *Collectaneor. de Reb. Hiberniae* Vol. II. pag. 256. Quibus doctissimis viris & aliis, quos consulto praetereo, haec sententia merito non probatur.

Atque ego gravissimorum scriptorum, hisce in litteris facile principum, auctoritati, hac in re eo magis tribuo, quod multa in vetustis Phoenicio-Punicis monumentis ipse videam, quo minus eruditis viris, ante memoratis, secus existimantibus ne minimum quidem assentiar.

Quum autem rem ita sese habere monumenta ipsa, quae supersunt Phoenicio-Punica demonstrent; concludendum restat, utriusque sermonis & Hebraici & Phoenicii sic comparatam esse rationem, ut hunc eodem quasi habitu incedentem, ad illum tamquam ad verum fontem suum referri debere intelligamus. Hebraici autem cumprimis sermonis clarissimo lumine numquam adempto, habebimus ubi pedem figere, minusque incerto, quam antea, tutiori autem passu incedere possimus, quò veteris Phoenicum linguae, quamvis iam inde ab aetatibus multis ipsa intercidisse prorsus videatur, in inscriptis tamen aliquot metallis & lapidibus adhuc superstitis, reliquias colligamus.

Itaque positum sit, huiusmodi monumenta, si qua via est, eaque una, ut explicentur & illustrentur; non aliam profecto nobis esse, quam Hebraici potissimum sermonis usu atque praesidio rem ipsam aggredi. Atque hinc fiet, ut assidua harum litterarum tractatione ad Phoeniciae litteraturae tandem accedamus fontes, unde res nostra exotica tota explanari optimis auspiciis queat.

Digitized by Google

Quamquam de hoc argumento iam satis me hactenus disseruisse memini; atque ita, ut, si illud rursum attingendum mihi sumerem, actum agere viderer; rem tamen concludere nolo, tacitus praetermittens quae nuperrimus scriptor, & sane non incelebris, de sermone Phoenicum litteris commisit (1). Quem quidem, licet do-

(1) Is ille est illustrissimus Praesul Marius Guarnaccius, cujus confer quae de hac ipsa Phoenicum litteratura minus sane recte, quam par erat, commentatus est in suis *Origini Italiche*, edit. Roman. 1785. Tom.I. lib.I. cap.IV. pag. 155. seq. lib. IV. cap. II. pag. 361. seq. Tom.II. lib. V. cap. I. pag. 2. Ac nescio quibus documentis permotus eruditissimus vir, eo animo fuerit, ut Phoenicum sermo nulla ratione comparari, nulloque studio atque industria a nobis possit. Etenim habet linguam Phoenicum, tamquam ignotam penitus nobis, diuturnitateque temporis oblivione prorsus deletam. Qui sic scribunt, hi, non dicam aliquantulam, sed ne minimam quidem in tractandis veterum Phoenicum monumentis, iisque cum Hebraeorum praesertim sermone conferendis operam praebuisse, satis ostendunt. Et profecto mirari subit, quî potuerit viro clarissimo, non vulgaris doctrinae & eruditionis, id ipsum in mentem venire, suisque scriptis mandare. Illud autem magni argumenti loco habet adversus Samuel. Bochartum, qui tantum in hoc genere linguae & operae consumpserat & laboris. Quibus sane vigiliis suis non exiguam certe est in ea illustranda lingua a doctissimis viris laudem consecutus, neque mediocrem ab antiquariae rei studiosis gratiam promeritus. Non is equidem sum, qui lubenter cum veritate pugnem, neque qui Cl. Bochartum cum in vetustimarum gentium nominis & rationis origine ex-

ctissimum virum, sic scribentem video, ut eruditissimorum hominum conatus, laudabiles certe,

ponenda, tum in antiquissimis Phoenicum coloniis, Hebraici sermonis face semper adhibita, exquirendis, ab omni invidia liberarem. Sed quam multa de sermone Phoenicum, deque eorum coloniis, & sane praeclare ac docte excogitata habentur in libris duobus, quos CHANAAN inscripsit, quibusque GEOGRAPHIAE SACRAE suae partem alteram complexus est! Quo certe egregio atque immortali opere nullum majus huic difficillimae obscurissimaeque disquisitioni lumen affulsit. Sed quid ego Cl. Bocharti, cui tantum litterae debent Phoeniciae, quem hujus litteraturae principem eruditi omnes jure suspiciunt, partes tuendas aggrederer?

Quum autem prisci sermonis Phoenicii λείψανα quaedam, sive reliquias ex numis aliisque, licet paucis inscriptis, quos noverimus, lapidibus superesse videamus; quamobrem quae ejusdem linguae ex ipsis certe Hebraicis fontibus eruendae, ratio esset atque indoles, aliqua nostra industria assequendi facultas nulla amplius daretur, non equiden intelligo. Quid, Barthelemyus, Swintonus, Pellerinius, Dutensius, Perezius-Bayerius, quorum eruditas de Phoeniciis praesertim numis disquisitiones illustrem Guarnaccium non vidisse vix crediderim, in hoc studio nihil profecissent? Quod si hos doctissimos viros in ejusmodi interpretandis monumentis aliquid profecisse res ipsa declarat, neque ambigere licet, ut proxime secundo exponemus capite; quo tandem pacto dicemus, ad prisci Phoenicii sermonis grammaticam quocumque modo assequendam rationem nullum omnino aditum patere? Quantacumque igitur sit veteris linguae Phoeniciae amissio, at etiam non tanta est ejusdem inscitia, ut aliquid sit caussae, cur illam veluti simulacrum inane corporis exanimis habeamus. Res certe desperata non est. Ut vero

litterariae autem rei Phoeniciae nobili studio excitando ornandoque veluti plane inutiles, atque ad felicem exitum numquam perducendos habere arbitretur. Quapropter sese non intelligere, quî possit ex eorum labore ullum fructum quisquam percipere, e tantisque tenebris, in quibus iacent litterae Phoeniciae, lucem eruere aliquam, quae Phoenicum linguae, iam obsoletae totiusque exstinctae aditus nobis patefaciat, viasque pandat eius intelligentiae. Verum, Phoenicum sermo iamdiu quasi plane intercidisse videatur; huiusce gentis celeberrimae antiqua monumenta, quorum scriptores vetustissimi (1) meminere,

---

verbis utar Quintiliani; turpiter desperatur, quidquid fieri potest. Sed nae ego molestus, qui in ejus generis παραδόξῳ iterum arguendo nimius esse videar. Nam quum superiori paragrapho satis multa, vel plura quam necesse fuit, de eodem commento contra Cl. Vindobonensem Antiquarium disputarim, id ipsum profecto nova oratione non eget.

(1) Plures antiquitus exstitisse scriptores, qui res Phoenicias litteris mandassent, testis est auctor vetus & gravissimus Flavius Josephus, qui horum meminit, *Antiquitat.Judaic.* lib. I. cap. III. num.6. Oper. Tom.I. pag. 16. Adi sis quoque Eusebium ipsum, *Praeparat. Evangel.* libr.IX.cap.XI.pag.414., aliquos eorum enumerantem. Verum illorum antiquissimorum auctorum scripta, ingenti sane, nullaque reparabili arte, historiae Phoenicum magno detrimento, nobis invidit injuria temporum. Multa profecto in promptu haberemus, in litterariae rei Phoeniciae explanationem adducenda, si quae Theodorus, quae Hypsicra-

penitus exciderint; nihilque praeter tenues lacinias in Graecorum & Latinorum scriptis, huc

---

tes, quae Mochus, sive Moschus, cujus scripta Laetus, aut Chaetus, Graece ttanstulit; quae Dius, vel Dio, & Menander Ephesius, quae denique Hieronymus Aegyptius aliique de rebus Phoenicum memoriae commendarunt, aetatem tulissent. De quibus vero scriptoribus vide quae adnotarunt in primis Joseph. Scaliger ad Fragmenta Berosi Abydeni &c., in extremo opere suo *De Emendatione temporum*. = Nicol. Gurtlerus, *Originum Mundi* lib.II. cap.v. §.23. pag.394. seq.= Jacob. Bruckerus, *Histor. Critic. Philosoph.* Tom. I. lib. II. cap. VI. pag. 236. Addendus J. Alb. Fabricius, *Bibliothec. Graec.* Tom.I. lib.I. cap. XXVIII. pag. 166. & Tom.III. lib.IV. cap.VI. pag.255. seq.; recentis vero editionis ab Cl. viro Gottlieb Christoph. Harles multis accessionibus auctae Tom. item I. pag.222—226. Confer etiam, si lubet, *Disquisitiones* nostras *de Epocha Equitationis*, Gallice conscriptas, part.I. pag. 216. seq. Atque in iisdem vetustissimis commemorandis scriptoribus silentio praetermittendum arbitror Sanchuniatonem, qui *Historiam Phoeniciam*, *Φοινίκην ἱςορίαν*, uti eam appellat Porphyrius, lib.II. *De Abstinentia ab Animantibus*, conscripsisse fertur. De quo quidem Phoenicio scriptore plura ipse disserui loc. cit. earumdem *Disquisition.* pag. 210. seq. Ubi tamen Cl. Tourneminii de Sanchuniatonis fragmentis sinistre judicantis, eorumque tantam, quantam contendunt, vetustatem in controversiam, recte ne, an secus, sed reipsa vocantis, veram sententiam minus diligenter exposuisse me, heic admonendum duco. Quid enim quod alibi oscitanter posuerim, nunc dissimularem? Ac de eodem tanquam vetustissimo, uti a multis doctis viris habetur, rerum Phoeniciarum scriptore, quem Graece conversum Philo Byblius Hadriano Augusto obtulit; deque ejus fragmentis ab Eusebio, ab Theodoreto

Digitized by Google

illuc sparsas, magno labore multaque diligentia ab ipso Bocharto tanquam tabulas e naufragio

servatis, haud parum me moveret & recentiorum eruditione praestantium virorum & veterum auctoritas. Tametsi in iisdem fragmentis vel pro veris habendis, vel non admittendis, tot & tantas doctorum hominum varias pugnantesque inter se sententias esse intelligo, ut quid in hac opinionum magna varietate atque conflictu sit statuendum quod satis mihi prorsus faciat, definire non audeam. Quamquam in veris eadem fragmenta numerat Cl. Abbas Mignotus, *Premier Mémoire sur les Phéniciens*, Commentar. Academ. Reg. Paris. Inscription. Tom.XXXIV. pag. 64 — 85. Ut cumque res sit; dolendum sane, tam multos, quos ante indicavi, de rebus Phoeniciis scriptores, eorum nullum e temporis injuria evolasse, cujus scripta Phoenicii veteris sermonis, non dicam ornandi amplificandique caussa, sed plane dignoscendi, ut quae Hanno, Carthaginis potentia florente, Punica lingua in suo *Periplo* scripsisse scimus, tanto praesidio nobis fuissent futura. De quo auctore ejusque vetustissima aetate ac *Periplo* multa tradunt J. Alb. Fabricius loc. cit. lib. I. cap. VI. §. VIII. seq. & ejusd. *Biblioth. Graec.* Cl. editor Gottlieb, sive Theophilus Christoph. Harles Tom.I. indicat. locis, pag.36. — 39., cujus quoque confer *Introductionem in Historiam linguae Graecae* pag. 18. — 20., & quae ibidem de Sanchuniathone Cl. vir licet paucis disputat; incertus tamen ac valde dubius de Phoenicii scriptoris aetate, deque ejus fragmentorum fide ac sinceritate. Hannonis vero Carthaginiensium ducis aetatem quod adtinet, quem cum Himilcone, duce altero, ad explorandas Africae maritimas oras missum Veteres tradidere, quemque *Peripli*, sive navigationis extra Columnas Herculis eruditissimi viri faciunt, eam, inquam, aetatem in illa incidisse tempora, quae Olympiades XCII. & CXXIX. complectun-

Digitized by Google

collectas, tempus edax rerum nobis reliquas fecerit; quid inde? Atque ne id quidem illustri Praesuli Guarnaccio esse praesidio posset. Accesso haec longiori oratione persequi, quae superius & satis copiose, sicuti in subjecta notatione ajebam, contra Cl. virum Vindobonensem Antiquarium edisserui.

Sed cognitis variis dialectis & Chaldaismi & Syriasmi, eaque cum iisdem Phoeniciae linguae pene intima consociatione, quae omnes ex uno eodemque fonte manarunt Hebraeorum, sit jam longae hujus disputationis modus. Haec vero de ejusdem Phoeniciae dialecti ratione ad Hebraismi ἀναλογίαν potissimum accommodata, dixi pluribus, quam res ipsa fortasse petebat; sed ad id quod agimus, non fuit dicendum brevibus.

tur, similitudine veri, aut saltem quadam probabilitatis specie, Henric. Dodwello in primis praeeunte, Cl. Harles conjicit. Quamquam ab Hannone & Himilcone, Carthaginiensium ducibus, confectam illam expeditionem antevertere Olympiadem CXVIII., ex Jo. Alb. Fabricio ille idem monet. Verum, ut ut illud de Hannonis aetate acceptum sit; quem florentissimis Carthaginiensium rebus claruisse constat, quantum lucis ex ejus Periplo, patria conscripto dialecto, Phoenicio-Punicae linguae accessisset, satis intelligitur.

VA1
1550472

[illegible]
16-17

Digitized by Google

XXIIII
C
46–47

